

bent rationem : proprium vero esse debet sibi virtus et philosophia. *Ibid.*, hom. 29.

69. Hoc tuum, hoc meum est, ex hoc contentio omnis, atque omnis occasio minoris oritur : ubi autem hoc non est, nulla lis, nulla contentio gignitur. Hom. 12 super 1 *Timoth.*

70. Magis communis rerum, et æqua possessio, quam proprietas proficit. *Ibid.*

71. Ne quæras tuum, ut invenias tuum : qui enim sua quærit, non inveniet sua. Homil. 33 super 1 *ad Cor.* in illud xiii : *Non quarit quo sua sunt.*

72. Nihil Christi discipulo proprium est, sed omnia communia : quippe qui majora quam dat, accipit ; atque hoc majora, quo præstabiliora sunt caelestia terrenis. Super *Epist. ad Galat.*, cap. 6.

JOAN. CLIM.

73. Quid jam habeat proprium, qui ipsum quoque corpus suum alieno imperio exposuerunt ? *Grad.* 16.

IOAN. GERS.

74. Proprietas schismata facit, unanimi ad-versatur et paci. *Tract. contra Proprietarios*, § 5.

75. Apostasia quædam est proprietas monachorum, major quam relinquere habitum, aut exire metas ecclesie præter prelati licentiam. *Ibid.*

76. Fora savior est leone proprietas, maxime si hypoeris commisceatur. *Ibid.*

JOAN. TRITH.

77. Monachis, qui sua reliquerunt, non licet aliquid habere proprium. Lib. 4 *de Regim. Claustr.*

78. Non licet monacho quidquam habere proprium. Super *Prolog. Regule S. Bened.*, cap. 1.

79. O monacho, si peculium aut proprium in monasterio possederis, non monachum computabo, sed profugum, apostatam, perfidum, mendacem, irrisorem et perjurum te iudicabo. Lib. 1, hom. 2 *ad Monachos.*

80. Monachus habens peculium, iter sibi parat ad infernum. Lib. 2 *ad Monachos*, serm. 2.

81. Proprietate pactum cum Deo initum frangitur, votum solenne violatur, charitas fraternæ unitatis spernitur, furtum committitur, sacrilegium perpetratur. *De Propriet. monachor.*, cap. 5.

82. Non est dicenda proprietas, ubi ad resignandum est prompta voluntas. *Ibid.*, cap. 7.

83. Proprium monacho lex divina prohibet, jus canonicum peculium religioso penitus interdicit, omnes SS. Patrum regulæ clamant monacho proprietatem prorsus illicitam. *Ibid.*

84. O maledicta proprietas, que non minus possidet, quam possidetur ! *Ibid.*, cap. 8.

85. Sane ubi nihil haberi permittitur, omnis rei proprietas aufertur. *Ibid.*

S. LAURENT. JUSTIN.

86. Disce, o religiose, nihil proprium habere in sæculo, ut celestem hæreditatem consequi merearis in cælo. *Serm. de Hamis palmar.*, part. 2.

87. Tu, Christiane, non recte dividis, qui de tanto auro tuo majorem partem mammonæ reserves, quam Domino largiaris. *Prose.*

88. Sic namque Ananias, dum putat se recte offerre, et non recte dividit pecuniam quam obtulit, perdidit, et salutem. Dum enim ex eo quod promiserat, partem subtraxit, sacrilegii simul et proprietatis condemnatur. Hom. 1, *de Avarit.*, tom. 3, part. 1.

S. NULUS

89. Monachus, qui multa possidet, est veluti navis onerata, que in fluctum tempestate facile submergitur. *Oratione 3, de Avaritia*, part. 2.

ORIGENES.

90. Negat Christus suum esse discipulum, quem viderit aliquid possidentem. Homil. 16, cap. 17, *Genes.*

S. PETRUS DAMIANUS.

91. Si perexigua mala, largissima sæpius bona corrumpunt, quo pacto (quod minimum putas) contra professionis tue propositum privata proprietate possideas ? *Opusc.* 12, cap. 7.

92. Qui pecuniam possidet, ipse Christi possessio, vel hereditas esse, vel Deum possidere non potest. *Opusc.* 24, cap. 1.

93. Quisquis proprietatis conatur habere peculium, non valet apostolorum tenere vestigium. *Opusc.* 24, cap. 4.

94. Qui cum Juda loculos atque pecuniam habere convincitur, unanimiter puramque concordiam cum apostolis habere non potest. *Ibid.*

95. Qui pro amore pecuniam suam mutat ordinem, indignus est procul dubio, ut ecclesiasticam obtineat dignitatem. *Ibid.*, cap. 5.

96. Turpe est, quem a laicorum turba professionis condito separati, si abominanda proprietatis laicum esse convincat. *Opusc.* 27.

97. Religiosus et si usu videtur aliquid habere, conscientia tamen non habet. *Prose.*

98. Ille enim potest se vel brevi divitem credere, qui scit se proprium nil habere. Lib. 3, *ad Eccles. Cathol.*

99. Ad hoc conare, hoc ora, hoc desiderare, ut ab omni proprietate possis expoliari, et nudus nudum Jesum sequi, Lib. 3 *de Imit. Chr.*, cap. 37.

100. Quicumque vestrum communem vitam susceptam habet, et vovit se nihil proprium habere, videat ne pollicitationem suam irritam faciat : sed hoc quod Domino pollicitus est, fidei-ter custodiat, ne damnationem pro premio sibi acquirat. In *Decret. Gratiani*, part. 2, causa 12, quæst. 1, can. *Scimus.*

## SENTENTIE PAGANORUM.

101. Non minus nostra sunt, que animo complectimur, quam que oculis intuemur. Lib. 5, epist. 17, *ad Scythium.*

S. MAXIMUS EP. TACENS.

PLATO.

102. Proprium est id, quo quisque fruitur ; atque utitur. Lib. 7, epist. 30, *ad Curium.*

103. Proprietas unicuique peculiaris republicam dissolvit atque dirimit. *Sizygia* 4, lib. 5, *de Republ.*

104. Ubi hæc verba increbrescunt, meum et non meum, tenere optime regitur respublica ? *Ibid.*

105. Ne cui privato aurum argentumve possidere fas esto. *Sizygia* 4, lib. 5, *de Legibus.*

SENECA.

106. Nostris essimus, si ista nostra non essent. *Epist.* 42.

107. Non facias tui juris, quod alieni est. *Epist.* 77.

108. Il quos paupertas locupletissimos fecit, desiderunt omnia possidere, dum volunt propria. *Epist.* 90.

109. Quidquid est, cui dominus inscriberis, apud te est, tuum non est. *Epist.* 98.

110. Quietissimam vitam agerent homines in terris, si hæc duo verba a natura rerum omnium tollerent, meum et tuum. *De Moribus.*

111. Non est tuum, fortuna quod fecit tuum. In suis *Proserch.*

112. Principium discordie est, aliquid ex communi proprio facere. *Ibid.*

SISTUS PHIL.

113. Hoc solum tuum ducto, quod bonum est. *Sent.* 71.

114. Nulla propria possessio pertinet sapientis. *Ibid.*, sent. 218.

Vide etiam tit. *Dilectio sui*, sent. 11 ; *Perfectio*, sent. 68, 69 ; *Singularitas*, sent. 24, 50 ; *Votum*, sent. 21.

## PROSPERITAS.

S. ANTONIN.

*Definitio.* Vera prosperitas est dominium rei justis modis acquisitum. Part. 3, tit. 3, cap. 3, § 3.

EGGARD.

*Divisio.* Est triplex prosperitas : prosperitas pugne, prosperitas viæ, prosperitas patriæ ; prosperitas pugne consistit in plenitudine victoriæ ; prosperitas viæ in collatione gratiæ ; prosperitas patriæ in collatione gloriæ. Super *Psalm.* cxvii.

Septem sunt partes mundanæ prosperitatis : scientia secularis, fama popularis, sanitas corporalis, voluptas carnalis, abundantia temporalis, securitas mundialis, gloria singularis. Super *Ecclesiasticæ*, cap. xxiii.

## SENTENTIE PATRUM.

S. ANTONIN.

1. In cunctis humana prosperitas hominem decipit, et se falsam ostendit : quia que exterius se habere prætendit, veraciter suis amatoribus non tribuit. Part. 4, tit. 3, cap. 7, § 11.

S. ANTONINUS DE PADUA.

2. Mensa Domini est paupertas, mensa diaboli est prosperitas. *Serm. Dom. 1, post Trin.*

3. Prospera in adversis desidero, adversa in prosperis timeo : quis inter hæc medius locus, ubi non sit humane vite tentatio ? *Prose.*

4. Væ prosperitatibus hujus sæculi, semel et iterum a timore adversitatis, et a corruptione lætitiæ : væ adversitatibus sæculi semel et iterum ; et tertio a desiderio prosperitatis. Lib. 10 *Conf.*, cap. 28.

5. Homo, qui prosperis rebus proficit, asperis quid profecerit, discit. *De Vera relig.*, cap. 47.

6. Res prospera donum est consolantis, res autem adversa donum est admonentis Dei. *Epist.* 87, *ad Felicitatem.*

7. Nemo frangitur adversarum rerum molestia, qui prosperarum dilectione non capitur. *De serm. Dom. in monte*, lib. 2.

8. Nemo gratuletur homini, qui prosperatur in via sua ; cuius peccatis deest ultor, et adest laudator. Super *Psalm.* ix.

9. Si aliqua hujus sæculi prosperitas arriserit, deceptor est, luxa, caduca, mortalis, temporalis, volatica, transitoria ; plus habet deceptio-nis, quam delectationis. Super *Psalm.* xlii, vers. 3.

10. Ultraque vita cavenda est, et prospera et adversa : illa ne corrumpat, ista ne frangat. Super *Psalm.* lxxvii.

11. Totus splendor generis humani, honores, potestates, divitiæ, typhi, minæ, tumores, flos femi est. Super *Psalm.* cii, vers. 14 : *Sicut flos agri.*

12. Periculosior est res prospera, animo, quam adversa corpori : prius corrumpit prospera ut inveniat quod frangat adversa. Super *Psalm.* i.

13. Prosperitas malorum, ulcera sunt animarum ; et adversitas iustorum, æternorum sunt præmia gaudiorum. Hom. 12 super *Apocal.*

14. Adversorum manifesta est pernicitas, prosperorum falsa blandities. *De Verbis Dom.*, serm. 29.

15. Sæculi hujus quem non decipit prosperitas, non frangit adversitas. *Ibid.*, serm. 42.

16. In eo quod quis mitis est, nulla adversitate frangitur : in eo autem quod humilis est, nulla prosperitate elevatur. *Serm.* 61 *ad Fratres in Eremito.*

17. Si fallacis prosperitatis semper hic tranquillitas arderet, anima humana portum veræ securitatis non appeteret. *Epist.* 156.

18. Per dexteram prosperitas, per sinistram adversitas significatur. Lib. 7 *Locution.*, locut. 1.

19. Non cessat diabolus veros christianos, non solum adversitatis infestatione, verum etiam prosperitatis seductione tentare : ut animus humanus aut afflictione succumbat, aut elatione vane-scat. Lib. 1 *contra Gaudent.*, cap. 21.

S. AUGUST.



20. Hec hujus sæculi molestum est, plenum est tentationibus : in rebus prosperis ne extollat, in rebus adversis ne frangat. Tractatu 12 super *Joan.*

21. Non de prosperitate aliqua hujus sæculi infleamur, sed noverimus felicitatem nostram non esse, nisi cum ista transierint. *Ibid.*, tract. 10.

S. BASILIUS  
MAGNUS.

22. In modico tempore gaudium ac hilaritas prosperitatis imago est, hodie florulentum, habens colorem, cras miserabilem, et marcidum. Homil. 5 in *Hexam.*

23. Rerum prosperitas ita inconstans est; ut quam citissime mutetur ac transeat, ut ventis potius sit fidendum, aut si quid undis inscribatur, quam humanarum rerum prosperitati. Epist. 412.

V. BEDA.

24. Frequenter superantur prosperitate, qui superari non poterant adversitate. In suis *Prosv.*, verbo *Frequent.*

S. BERNARD.

25. Sicut sæcularium rerum prosperitas occidit stultum sæcularem, sic potest et abundantia spiritalis prosperitatis occidere indoctum spiritualem. Serm. 2 in *die Palmar.*

26. Licet multos frangat adversitas, tamen multo plures extollit prosperitas. *Ibid.*

27. Time dum omnia prospera sunt et tranquilla, ne ille fortis armatus satanas sine resistentia possideat te. Lib. de *Passione Domini*, cap. 22.

S. BONAV.

28. Est tentatio violenta, scilicet adversitas: est tentatio deceptorica, scilicet prosperitas. Super *Psaln.* LXXV.

29. Prospera blandiuntur, ut decipiant: adversa terrent, ut frangant. Super *Psaln.* CXII.

30. In inferno est adversitas sine prosperitate, in patria est prosperitas sine adversitate, in mundo est prosperitas cum adversitate. Super *Psaln.* CXXIX.

DIONYSIUS  
CARTHUS.

31. Quam incerta et brevis est sæculi prosperitas! imo quam fallacissima ac nocentissima! quoniam quanto quis copiosius prosperatur, tanto gravior periclitatur. De *Fructuosa temp. deduct.*, art. 3.

GLOSS. INT.

32. Misero non prodest prosperitas, imo nocet. Super *Job*, cap. III.

GLOSS. ORD.

33. Ne indignemini, si mali in mundo floreat, si vos patimini: quia non est christiane veritatis in temporalibus exaltari, sed potius deprimi. Super *Epist. Jacobi*, cap. 1.

S. GREGOR.  
MAGNUS.

34. Quos plerumque dum juxta votum præsens prosperitas sequitur, multo quam prius fuerant, de sanctitatis habitu pejores fiunt. Lib. 8 *Moral.*, cap. 28.

35. Dum cor in adversis sperat prospera, in prosperis formidat adversa. *Ibid.*, lib. 22, cap. 10.

36. Quasi per amœna prata in carcerem pervenit, qui per præsentis vite prospera ad inferitum tendit. *Ibid.*, lib. 6, cap. 4.

37. Lux impij, prosperitas est vite præsentis: sed lux impij extinguetur, quia fugitiva vite prosperitas, cum ipsa citius vitæ terminatur. *Ibid.*, lib. 14, cap. 4, num. 5, super illud *Job.* XVII: *Nonne lux impij extinguetur?*

38. Nimis timendum est, ne sequantur prospera, cum desiderantur injusta: quia difficilius malum corrigitur, quod protectionis etiam prosperitate fulcitur. *Ibid.*, lib. 33, cap. 2.

39. Magis prosperitatis sublimitas, quam necessitatis adversitas gravat. *Ibid.*, lib. 5, cap. 4.

40. Cum quis positus in prosperitate diligitur, incertum valde est utrum prosperitas an persona diligatur: amissio felicitatis interrogat vim dilectionis. *Ibid.*, lib. 7, cap. 10.

41. Nec prosperitas amicum indicat, nec adversitas inimicum celat: ille sæpe prosperitatis reverentia tegitur, et iste ex confidentia adversitatis aperitur. *Ibid.*

42. Slatutum homini est, ut quantum hunc mundi prosperitas sequatur, tantum adversitas feriat: ne electos aut immoderata prosperitas elevet, aut nimia adversitas gravet. *Ibid.*, lib. 12, cap. 2.

43. Toties hic iniqui via arguitur, quoties ejus prosperitas, interveniente adversitate turbatur. *Ibid.*, lib. 45, cap. 36.

44. Qui in hoc mundo appetit prosperari, cæteros excedere, rebus et honoribus timere, huic cura sæcularis in delectatione est, et quietus in labore, et fatigatio in quiete. *Ibid.*, lib. 46, cap. 29.

45. Velut elevatus super ventum ponitur, qui prosperitate transitoria lætatur: quando ad hoc solum hunc fugitiva felicitatis aura sublevar, ut repente deterius in infimis sternat. *Prose.*

46. Nulla adversitas dejicit, quem prosperitas nulla corrumpit. *Ibid.*, lib. 20, cap. 24, num. 25.

47. Quasi quodam jugo servitutis prementur prospera dum appelluntur, premunt adversum formidantur. *Ibid.*, lib. 30, cap. 12.

48. Nulla prosperitas blandiens seducat: quia stultus viator est, qui in itinere amœna prata conspiciens, obliviscitur ire quo tendit. Homil. 44 super *Evang.*

49. Quantalibet sit temporalis prosperitas, habet finem suum terminum mortis. Lib. 7 in *Regis.* indict. 2, cap. 95, epist. ad *Gulfaresen Magistrum.*

50. Qui amore cœlestium fixus, sæculum profecto despexit, nullis prosperitate corrumpitur.

In *Septem Psalm.* Penit. super *Psaln.* II, vers. 13: *Sperantem autem in Domino.*

51. Seipsum magis cognoscere non valet, quam prosperitatis mundanæ oblectatio captivatur. *Ibid.*, super *Psaln.*, vers. 4.

52. Prospera sunt metuenda, et contra omnem sæculi felicitatem acris est vigilandum. *Ibid.*, super *Psaln.* IV.

S. GREGOR.  
MAG.

53. Ventis potius est fidendum, aut si quid undis ascribatur, quam humanarum rerum prosperitati. Epist. 52, ad *Sophron.*

BAYMO.

54. Quoties prosperitas presentis vite nobis blanditur, timendum est ne de honore quod agimus, mercedem in presenti sæculo recipiamus. Serm. 2 *Dom.* 2, post *Pent.*

S. HIERON.

55. Quid prodest per discrimina prospere currisse, si post cursum contigerit perire? *Prose.*

56. Frustra navis per superbum pelagus et insaanum, amicis fluctibus commoda prosperitate accurrit in portum, si cum naufragio pervenit, et perituram portus acceperit. Epist. 6, ad *Amicum.*

57. Semper prosperis miscetur tristitia, ut cum repente venerint, non terreant, sed a præmeditata ferantur animis. Lib. 3 super *Math.*, cap. XVII, can. 2, num. 176, super illud: *Conversantibus autem illis.*

REGO A S.  
VICTORE.

58. Majus periculum habent prospera, quam adversa. De *Alleg.*, super *Math.*, lib. 2, cap. 1.

59. Dissolvit blandientis mundi prosperitas. De *Anima medicina*, cap. 6.

REGO CLAUD.

60. Prosperitas temporalis in veritate non est prosperitas, sed somnium vel umbra vere prosperitatis. Super *Gen.*, cap. XI.

61. Velut somnium cito finietur præsens prosperitas, et manebit calamitas in æternum. *Ibid.*

62. Prosperitas malorum temporalis est, et finem habet, sicut et afflictio honorum. Super *Job*, cap. IV.

63. Stultus est, qui in adversis dejicitur, et in prosperis elevatur. *Ibid.*, cap. V.

64. Suavitas presentis prosperitatis, quam prius dulciter sapiebat, per vim tentationis amarescit. *Ibid.*, cap. XXXIII.

65. Cum alieui præsens prosperitas aridet, hilaroscit: sed tentatione pulsante, hoc gaudium ab eo respuitur, quod fit divina dispensatione, ut nostræ infruitalitatis tempore tentationis recordemur, cuius tempore prosperitatis oblitii eramus. *Ibid.*, cap. XXXIII.

66. Multi sunt strenui in prosperitate, qui tamen delinunt in adversitate. Super *Psaln.* LVIII.

67. Saluti contraria est prosperitas mundi, sed adversitas ei proxima est. Super *Psaln.* CXXVII.

68. Lucerna illorum extinguitur, qui in prosperitate sunt devoti, sed in tentatione statim sunt vicii. Super *Proverb.*, cap. XXXI.

69. Prosperitas presentis vite cito oritur, et cito occidit: id est, statim ad occasum tendit, et hoc ut nemo de ejus ortu gauderet, cui tamen inevitabilis, tamque velox succedit occasus. Super *Ecclésiasten*, cap. I.

70. Prosperitas non multos ad Deum convertit, sed averit. Super *Isaiam*, cap. XLIII.

71. Abundantia prosperitatis facit oblivionem prætoritæ calamitatis. *Ibid.*, cap. LIV.

72. Mali nihil prosperum habent in veritate, licet opinentur se esse in prosperitate: amisso enim Deo, nihil in veritate prosperum est. Super *Hierem.*, cap. II.

73. Qui sunt hic in adversitate propter Deum, erunt in futuro in prosperitate: et e converso, qui sunt hic in prosperitate, erunt in futuro in adversitate. Super *Luc.*, cap. XVI.

74. Quam periculosi rerum secundarum solent esse successus! ita ut qui non potuerunt adversis frangi, prosperis, si incauti fuerint, acris elidantur. Lib. 11 *Cenob. inst.*, cap. 11.

75. Frequenter quos superare non potuerunt adversa, securitas et prosperitas dejecerunt. Collat. 4, *Abbat. Danielis*, cap. 6.

76. Facilius quis elidit potest prosperis, quam adversis. *Prose.*

77. Hæc enim interdum etiam invitos retinent atque humiliant, et compunctione saluberrima, vel minus peccare faciunt, vel emendant: illa vero molibus mentem ac pernicitiosis extollentia blandimentis, securos felicitatis suæ proventu ruina majore prosternunt. Collat. 6, *Abbat. Theodoræ*, cap. 9.

78. Humana natura quando multum prospere et succedit, suæ obliviscitur generositatis, neque intra suos limites subsistit. Homil. 40 super *Gen.*

79. Prosperitate corrumpitur anima, dum delectatur humanis laudibus: adversitate frangitur, obtusa vituperationibus. Homil. super *Psaln.* IX.

80. Prosperitas malorum non est remuneratio Dei, sed contemptio: adversitas autem bonorum non est ira Dei, sed admonitio. Homil. 31 super *Math.* *Oper. imperf.*

81. Permagnum quidem est, in secundo prosperoque rerum statu et misericordiam exercere et virtuti esse deditum. Homil. 43 super I. Cor.

82. Prosperitas inique quæsitæ, majores sibi præparat penas. Homil. 79 super *Math.* *Oper. perf.*

83. Cæbra meditatione revolveris, quam suspecta fuerit omnibus recte sapientibus continuata

S. JOANNES  
CHRYSOST.

JOAN.  
SARESD.



S. ISIDORUS  
HISPALENSIS.

mundi prosperitas, et quam certum sit argumentum dilectionis, filiorum delinquentium culpas per flagella purgari. *Epist.* 197.

84. Alienos esse a Deo oportet, quibus hoc saeculum ad omne commodum prosperatur. *Lib. 3 de Sum. bono*, cap. 16, sent. 2.

85. Viri sancti plus formidant prospera, quam adversa, quia Dei servos prospera deiciunt, adversa vero erudiunt. *Ibid.*, cap. 58, sent. 2.

86. Plus prosunt saluti adversitates saeculi, quam prosperitates: nam ex prosperitate in deterius itur, ex adversitatis dolore in melius proficitur. *Ibid.*, sent. 7.

87. Si prosperitas arriserit, non attollaris: si adversitas acciderit, non deiciaris. *Prose.*

88. Si felicitas effluat, non sis jactans: si calamitas contigerit, pusillanimitas non existas.

89. Habeto temperamentum in prosperis, habeto patientiam in adversis.

90. Probari te in adversitate cognosce, ne frangaris: probari te in prosperitate cognosce, ne exalteris. *Lib. 2 de Synonym.*, cap. 6.

S. ISIDORUS  
PELUSIOTA.

91. Solent homines, quibus praeter omnem expectationem prosperitas quaedam accidit, in insolentiam ac petulantiam labi. *Lib. 2, epist.* 296.

S. LAURENTIUS  
JUSTINUS.

92. Praesens prosperitas futurae opponitur, vixque invenitur, qui et saeculi prosperitatem, et mentis possideat innocentiam. *De casto conub.*, cap. 21.

93. Nullam tam evidens perpetuae damnationis indicium est, quam continuus transitoriae prosperitatis pollere successibus. *Lib. 2 de Spirituali resurr.*, cap. 8.

S. NILUS.

94. Ne leteris floridis vitae; flos enim gramineus, cum attractaveris, flaccescit. *Parvulus*. 34.

95. Laeta vitae hujus fluxa ne te oblectent: hami enim sunt, animam ut pisces irretientes. *Ibid.*, parvulus. 158.

PETRUS  
DISENSIS.

96. Inter amicum et hostem prosperitas non distinguit. *Epist.* 87, ad Guillelmum, Eliensis episcopi.

S. PETERUS  
DAMIANUS.

97. O quam miserum est in hujus saeculi prosperitate modico tempore vivere, et ad aeterni ignis incendium quotidie clausis oculis, quasi in lectica positum, prosperare. *Lib. 4, epist.* 45, ad quemdam Episcopi.

S. PETERUS  
MAURITIUS  
ABB. CLUN.

98. Prosperitatis laqueus fortes atque constantes in salutis proposito mentes frequenter irretire solet. *Lib. 6, epist.* 14, ad Eustachium.

F. PROSPER.

99. Prosperitas communis est et malis et bonis: sed a malis in dextera habetur, a bonis autem in sinistra. *Super Psalm.* cxliii, vers. 15.

ROBERTUS  
BELLARM.

100. Multi sunt, qui occupati sunt prosperitatibus saeculi, et quo magis sunt circumdati ejusmodi periculis, eo minus ea considerant, et ideo

neque timent, neque dolent. *Super Psalm.* cxvii, vers. 4.

101. Prosperitas aliena, supplicium est invidio. *SALVIANUS, Lib. 5, de Gubern. Dei.*

102. Quis sapientium est, quem secunda non mutent, cui non crescat cum prosperitate vitiositas? *Ibid.*, lib. 7.

103. Sepe prosperitas quaestuum venit cum magno fenore detrimentorum. *Ibid.*, lib. 1, ad *Eccles. cathol.*

## SENTENTIA PAGANORUM.

104. Non est facile sine virtute res moderate ferre secundas. *Lib. 4, Ethic. ad Nicomach.*, cap. 3.

105. Est prosperitas rationis expertis. *Lib. 2, Magor. moral.*, cap. 8.

106. Rerum prosperitas quanto major est, tanto pluribus casibus et periculis proposita est. *Lib. 8 Moral.*, cap. 1.

107. Errant, qui in prosperis rebus, omnes impetus fortunae se putant effugisse. *Lib. 4, de Arte rhet. ad Herenn.*

108. In rebus prosperis, et ad votum nostrum fluentibus, superbiam magnopere, et fastidium, arrogantiamque fugiamus. *Lib. 1 de Offic.*

109. Secundae res: scilicet honores, imperia, victoriae, quaequ岸 fortuita sint, tamen sine hominum operibus et studiis neutrum in partem effici possunt. *Lib. 2 de Offic.*

110. Rebus secundis ne offeraris, adversis ne deiciaris. *In Sentent.*, sent. 6.

111. Cito improborum laeta, in perniciem cadunt. *In suis Sentent.*, sent. 84.

112. Mortali homini haud facile est, omnia de animi sententia succedere, dum in hac vita versatur. *Sirygia 4, in Dialogo Menexeni.*

113. Temerarium est secundis non esse contentum. *Lib. 4, epist.* 9, ad Ursulum.

114. Habet has vias conditio mortalium, ut adversa ex secundis, ex adversis secunda nascentur. *In Panegyrico de Traiano augusto.*

115. Secunda felices, adversa magnos probrant. *Ibid.*

116. Utile est, ad usum secundarum per adversa venisse. *Ibid.*

117. Ubi tranquilla tibi omnia videntur, ibi nocitura non desunt, sed quiescent. *Lib. 2 de Ira*, cap. 31.

118. Non est magni animi se rebus prosperis fortem gerere: ubi secundo cursu vita procedit, adversi aliquid incurrat oportet, quod animum probet. *De Consolatione ad Marcianum*, cap. 6.

Vide etiam tit. *Adeveritas*, ferre per totum; *Desertio Dei*, sent. 75; *Dilectio Dei*, sent. 60; *Felicitas*, per totum; *Firmitas*, sent. 5; *Finitis*, sent. 24; *Gaudium*, sent. 91; *Gratarum actio*, sent. 12;

*Habere*, sent. 35; *Iniquitas*, sent. 90; *Instabilis*, sent. 17; *Ira Dei*, sent. 43; *Iustitia*, sent. 94; *Mens*, sent. 75; *Obedientia*, sent. 25; *Oculus*, sent. 33; *Osculum*, sent. 11; *Saeculum*, sent. 5; *Tribulatio*, sent. 90, 100, 177.

## PROVIDENTIA in genere.

COLLECTOR. *Etymologia.* Providentia dicitur, quasi procul videns.

S. AUGUST. *Definitio.* Providentia est, per quam futurum aliquid videtur, antequam factum est. *De LXXXIII, Quest.*, quest. 31.

HUGO A.S. VIOCIOR. Providentia est, per quam subtilitate sagaci futurorum eventus colligitur. *De Fruct. carnis et spiritus*, cap. 12.

Providentia est cura eorum, quae exhibenda sunt subjectis, et quae commissis conveniunt impetiri. *Lib. 1, de Sacram.* part. 2, cap. 19.

HUGO CARD. Providentia est praevisionem rerum gerendarum infuturo. *Super Psalm.* xv.

JAN. GERS. Providentia est prudentia administrans ad iudicium ex conjecturatione futurorum. *Part. 4, de Descript. termin.*, cap. Virtus.

RICHARDUS A.S. VICT. Quid est providentia, nisi exploratio faciendorum? *Part. 1, tract. 2, de Extern. mali*, cap. 12.

S. THOMAS AQUINAS. Providentia est respectus quidam alicujus distantis, ad quod ea quae in praesenti occurrunt, ordinanda sunt. 2, 2, quest. 49, art. 6.

## SENTENTIA PATRUM.

S. AUGUST. 1. Habuit loculos Christus, quia Ecclesia ipsius loculos suos habitura erat. *Tract.* 50 super *Joan.*

2. Habetat Dominus loculos, et a fidelibus oblata conservans, et suorum necessitatibus, et aliis indigentibus tribuebat. *Prose.*

3. Ubi intelligeremus quod praecipit non cogitandum esse de crastino, non ad hoc fuisse praecipitum, ut nihil pecuniae servetur a sanctis, sed ne Deo pro ista serventur, et propter inopie timeorem justitia deseratur. *Ibid.*, tract. 62.

V. BEDA. 4. Nullus vir tam sanctus, nec superno studio adeo illigatus, quin aliquando cura necessarium ad victum et ad vestitum moveatur. *Super Psalm.* lxxvii, in illud: *Eorum labor et dolor.*

5. Pone providentia tuae modum, ne tibi sapiens videaris. *In Formula honesta vita.*

6. Saepe revidere que tua sunt, et quomodo sint, magna providentia est. *Epist. de Cura et regimine rei familiaris.*

CASSIODOR. 7. Fragilitas humana dum sibi nimia festinatione providere putat, incaute dispositionem divinitatis anticipat. *Super Psalm.* cv, vers. 14.

S. CYPRIAN. 8. Ubique fuerit providentia, frustrantur universa contraria: ubi autem providentia negligitur, omnia contraria dominantur. *De Singularit. cleric.*, cap. 23.

Tom. III.

9. Sic intendit Dominus singulis, ac si vacet a cunctis: et sic simul intendit omnibus, ac si vacet a singulis. *Super Job*, cap. 34.

10. Non labor et providentia damnantur, sed sollicitudo mentem suffocans. *Super Math.*, cap. 6.

11. Indecorum est homini curare de cibo, vel veste, qui militat in regno Dei; novit Rex quemadmodum familiam suam pascat, aliat, vesiat. *Super illud Luc.* xii:  *Nolite solliciti esse.*

12. Rectori necesse est, ut interiora possit infundere, cogitatione innoxia, etiam exteriora providere. *Prose.*

13. Sollicitudo, quae subditis exterius impenditur, sub certa necesse est mensura teneatur. *Part. 2, Pastor.*, cap. 7.

14. Hostis callidus tanto liberius pectus percutit, quanto magis a providentia lorica deprenderit. *Ibid.*, part. 3, cap. 1, admonit. 33.

15. Pax retinenda est, et non quid unicuique sed quid universitati congruat, expendendum est. *Super Psalm.* cxviii, vers. 161:  *Principes persecuti sunt me gratis.*

16. Ille sibi sapiens providet, qui hujus vitae miseriam attendit. *Super Luc.*, cap. 6.

17. Fiduciam in providentis virtus tribuit et Dei timor, non pecuniam. *Homil.* 48, super *Epist.* ad Hebr.

18. Ubi providentia non est, nihil stabile invenitur, pax nulla est, nec conservantur possessa. *In cap. 3, Regulae S. Benedicti*, verbo *Discipulos.*

19. Non sufficit omnia agere provide, si non agatur et juste. *Prose.*

20. Providentia sine justitia, stultitia est: nam sine justitia providentia nihil prodest: justitia autem sine providentia conservari potest. *Ibid.*

21. Tarda quidem et nimis sera providentia est, cum jam imminens periculum vitari non potest. *Part. 1, lib. 4, de Erud. hom. inter.*, cap. 35.

22. Providentia regitur status sapientis, et ad hoc ejus universa erit probatissima et stabilis, si plura sit oculis. *De fidei dispensat.*, cap. 1, § 28.

## SENTENTIA PAGANORUM.

23. Qui cautioribus utiliter consiliis, et in posterum providet, est omni ratione protector. *Orat.* 55, *Philipp.* 13.

24. Simpliciter cura constanti necessaria, in delicatias laboratur. *Epist.* 90.

25. Insuesce teipsum corpori prebere que sua sunt caste, et animae que sua sunt pie. *Sent.* 398.

## PROVIDENTIA DEI.

*Etymologia.* Providentia Dei dicitur, quod potro a rebus infimis constituta, quasi ab excelsis rerum cacumine cuncta prospicit. *Lib. 5, de Consolat. philos.*, prosa 6.



HUGO A S.  
VICTORE.

*Definitio.* Providentia Dei, est qua Deus curat de omnibus quae fecit, et nihil derelinquit ex omnibus quae pertinent ad ipsum, et quae subiecta sunt ipsi, sed providet singulis. Lib. 1 de *Sacram.*, part. 2, cap. 19.

S. JOANNES  
DAMASC.

Providentia Dei, est rerum procuratio, qua Deus fungitur. Lib. 2 de *Fide orthod.*, cap. 29.

Providentia Dei est voluntas Dei, per quam res omnes apte congrueque gubernantur. *Ibid.*

S. THOMAS  
AQUINAS.

Providentia Dei, est ipsa ratio ordinis rerum in finem. Part. 1 *Summae*, quest. 22, art. 1.

JOANNES  
SABESP.

*Differentia.* Scientia, praesentia, dispositio, providentia et praedestinatio differunt: scientia existentium, praesentia futurorum, dispositio faciendorum, providentia gubernandorum, praedestinatio salvandorum. Lib. 2, de *Navig. curial.*, cap. 21.

## SENTENTIAE PATRUM.

S. AMBROS.

1. Manifestum est justam Dei misericordiam, misericordemque justitiam nec alendis unquam corporibus hominum, nec docendis, juvandisque eorum mentibus deluisse. Lib. 2, de *Vocat. gent.*, cap. 2.

2. Ita multiplex atque ineffabilis bonitas providentiae Dei consulit, ut neque ulli percontum excusatio suppetat de abnegato sibi lumine veritatis; neque cuiquam sit liberum de sua justitia gloriari, cum et illos propria nequitia demergat ad penam, et istos Dei gratia perducat ad gloriam. *Ibid.*, cap. 9.

3. Servum Dei non custodia corporalis, sed Domini providentia seipso consuevit. Lib. 5, *Epist. orat. in Ascensionem*.

4. Vita divino gubernaculo destituta praecipitatur, et in graviora prolabitur. Lib. 2 de *Cain et Abel*, cap. 9.

5. Permittit Deus impiis male agere, ut ex eorum malis bona operetur. Super *Apocal.*, cap. 9.

S. ANTONIN.

6. Divina providentia nunquam cessat, sed semper est firma: ita ut licet aliquid bonum posset homini contingere praeter ejus intentionem, non tamen praeter Dei providentiam, sub qua omnia continentur. Part. 2, tit. 42, de *Infidelitate*, cap. 9.

S. ANTONIN.  
ABBAS.

7. Non in uno tempore visitationem facit creaturarum suarum, sed a constitutione mundi moderatur Deus proprias creaturas. *Epist. 5 ad Fratres*.

S. AUGUST.

8. Maxima pars hominum, quanquam negare non audeant, presidere humanae vitae providentiam Dei; malunt tamen eam vel infirmam, vel injustam, vel malam nefario errore credere, quam sua peccata pietate supplicii confiteri. Lib. 3 de *Lib. arbit.*, cap. 2.

9. Quid beneficentius, quid liberalius divina

providentia dici potest? quae a legitimis suis hominem lapsam, et propter cupiditatem rerum temporalium jure ac merito mortalem non omnino deseruit. De *Moribus Ecclesiae*, cap. 7.

10. Nihil fit, nisi Omnipotens fieri velit, vel sinendo ut fiat, vel ipse faciundo. *Prose.*

11. Non dubitandum Deum facere bene, etiam sinendo fieri quaecunque male: non enim hoc nisi justo iudicio sinit; et profecto bonum est omne quod justum est.

12. Quamvis ea quae mala sunt, in quantum mala sunt, non sint bona: tamen ut non solum bona, sed etiam sint et mala, bonum est.

13. Nam nisi esset, hoc bonum, ut essent et mala, nullo modo esse sinceretur ab omnipotente bono: cui procul dubio quam facile est quod vult facere, tam facile est quod non vult esse, non sinere. *Enchirid.*, cap. 95 et 96.

14. Agit Spiritus Domini et per bonos et per malos, et per scientes, et per nescientes, quod agendum novit, et statuit. Lib. 7 Super *Judic.*, quest. 49.

15. Aliud est quod divina providentia quasi privatim cum singulis agit, aliud quod generi universo tanquam publice consulit. De *xxxiii Quest.* quest. 44.

16. Omnes divinae providentiae serviunt: sed alii obediunt tanquam filii, et faciunt cum ea quod bonum est: alii vero ligantur tanquam servi, et fit de illis quod justum est. *Prose.*

17. Quod juste fit, bene fit: juste autem sunt beati boni, et juste mali poenas patiuntur.

18. Ergo et de bonis, et de malis benefacit Deus, quoniam juste omnia facit. De *Agone christiano*, cap. 7.

19. Novit Deus ordinare deserentes se animas, et ex earum justa miseria inferiores partes creaturae suae convenientissimis et congruentissimis legibus admiranda dispensationis ornare. De *Catechis. rudib.*, cap. 18.

20. Deus qui non solum caelum et terram, nec solum angelum et hominem, sed nec exigui et contemptibilis animantis viscera, nec avis penulam, nec herbae flosculum, nec arboris folium sine suarum partium convenientia, et quadam veluti pace derelinquit. *Prose.*

21. Nullo modo est credendum regna hominum, eorumque dominationes, et servitutes a suae providentiae legibus alienae esse voluisse. Lib. 5 de *Civit. Dei*, cap. 41.

22. Deus unus et verus, regit et gubernat ut placet, etsi occultis causis, nunquam tamen injustis. *Ibid.*, cap. 21.

23. Gemina est providentiae operatio: naturalis et voluntaria: naturalis per occultum Dei ad-

ministracionem: voluntaria per angelorum vel hominum operationem. Hab. in *Gloss. ord.*, super illud *Genes. 11: Tuit ergo Dominus hominem*.

24. Providentia divina congruis sedibus ordinat omnia, et pro meritis sua cuicunque distribuit. Lib. 2 de *Liberio arbitrio*, cap. 19.

25. Nihil absurdum sentiri potest, quam mundi gubernationem totam esse vacuum nutu et regimine providentiae: cujus extrema et exigua videas tanta dispositione formari, ut aliquanto attentius cogitata, ineffabilem incendant admirationis horrorem. Lib. 5 de *Genesi ad litt.*, cap. 22.

26. Deus bipartito providentiae suae opere, praestet universae creaturae: naturis ut fiant, voluntatibus autem ut sine suo jussu vel permissu nihil faciant. *Ibid.*, lib. 8, cap. 24.

27. Nulla creatura est, quae non velit nolit, divinae providentiae serviat. Facit enim cum ea, quae ex animo servit, quod bonum est: de illa vero quae hoc non vult, fit quod justum est. In *Exposit. Epist. ad Galat.*, cap. iv.

28. Dei providentia cuncta gubernante, ita homo male facit quod vult, ut male patiatur quod non vult. *Contra Adimant.*, cap. 6.

29. Qui de morte carnis accusat Dei providentiam, morte cordis mittitur in gehennam. Lib. 1 *contra Advers. legis*, cap. 16.

30. Dei providentia hoc universum regi credimus. Lib. 4 de *Lib. arb.*, cap. 1.

31. Nihil rerum est, quod non administret Dei providentia. *Ibid.*, cap. 5.

32. Omnia mutantur, nec mutatur divinae providentiae ratio, qua fit ut ista mutantur. *Epist. 5.*

33. Si Dei providentia non presidet rebus humanis, nihil est de religione satagendum. De *Utilit. erod.*, cap. 16.

34. Servat ubique divina providentia virtutem bonitatis suae. Lib. 22 *contra Faust.*, cap. 83.

35. Quicquid vilissimum homines putant, omnipotentia Dei gubernatur. De *Agone christ.*, cap. 8.

36. Nonnis perurgulae animae licet credere Dei providentia gubernari omnia. De *Quant. anima*, cap. 3.

37. Carthusium quod vita nostra non temerariis motibus agitur, sed a Deo disponitur et gubernatur. Lib. *Medit.*, cap. 38.

38. Mundus vel ictu oculi stare non poterit, si ei Deus regimen sui subtraxerit. Lib. 4 de *Genesi ad litt.*, cap. 42.

ALBERNARD.

39. Crede ta Deo, committe te ei, et ipse te enutriet. *Serm. 5. Vigil. Nativit.*

BOETIUS.

40. O qui perpetua mundum ratione gubernas, Terrarum collique Sator, qui tempus ab aevo

Ire Jubes, stabiliisque manens, das cuncta moveri. Lib. 3 de *Consolat. philos.*, metr. 9.

41. Recte fieri cuncta ne dubites, quoniam bonus mundum rector temperat. *Ibid.*, lib. 4, prosa 5.

42. Deus cum ex alta providentiae specula respicit, quid et unicuique conveniat, agnoscit; et quod convenire novit, accommodat. *Ibid.*, prosa 6.

43. Quae ille ab aeterno cuncta prospiciens, providentiae cernit intuitus, et suis quaeque meritis praedestinata disponit. *Ibid.*, lib. 5, prosa 2.

44. Deus tribus modis creaturae providet: gubernatione, glorificatione, malitiae damnatione. Super *Psalm. 111.*

45. Deus solus scit, quid nobis necessarium est, et quid nobis expedit. De *septem donis Spiritus sancti in specie, de dono fortitudinis*, cap. 3.

46. Deus providet omni carni; quia quicquid natat, quicquid volat, quicquid reptat, quicquid graditur, ejus largitate saliantur. Super *Psalm. cxxxv*, vers. 25: *Qui dat escam omni carni.*

47. In omni creatura est dependentia, qua indesinenter dependet a Creatore, ejusque conservatione inaccessibiliter eget, quod sifere ante durare, nec ad momentum sine illius mantentia quaerit; sed protinus redigeretur in nihilum, si relinquereetur a Deo per momentum. Super *Epist. I Joan.*, cap. 1, art. 1.

48. Deus ipse nobis infinito est potentior ut valeat, et sapientior ut sciat, et melior ut velit perficere quaecunque nobis sunt ad salutem necessaria. In *Eliucid. super Psalm. xxxvi*, vers. 5: *Et ipse facit.*

49. Sic intendit Dominus singulis, ac si vacet a cunctis: et sic simul intendit omnibus ac si vacet a singulis. Super *Job*, cap. xxxiv.

50. Providentia Dei omnia attingit. *Ibid.*, cap. 37.

51. Magna providentia Dei est, quod nec parva, otiosaque dieta eam lateant. Super *Math.*, cap. x.

52. Omnipotens Deus per se mundum regit, quem per se condidit: nec eget alienis adiutoribus ad regendum, qui non eguit ad faciendum. Lib. 24 *Moral.*, cap. 2, num. 26.

53. Justus et misericors Deus mortalium acta disponens, alia concedit propitius, alia permittit iratus: et ea quae permittit, sic tolerat, ut haec in sui consilii usum vertat. *Prose.*

54. Unde miro modo fit, ut et quod sine voluntate Dei agitur, voluntati Dei contrarium non sit: quia dum in bonum usum mala facta vertuntur, ejus consilio militant etiam quae ejus consilio repugnant. *Ibid.*, lib. 6, cap. 12.

55. Conditoris protectio et custodia est, quod in statu permanemus. *Ibid.*, lib. 23, cap. 19.

S. BONAV.

CASSIODOR.

DIONYSIUS  
CARTHUS.

GLOSS. ORD.

S. GREGORIUS  
MAGNUS.



56. Qui quod non erat fecit, factum sine gubernatione non deserit : et qui benigne hominem condidit, nequamquam injuste cruciari permittit, nec sinit, neglecte perire quod est, qui hoc etiam quod non fuit creavit ut esset. *Ibid.*, lib. 26, cap. 11, num. 10.
- S. GREGOR. 57. Nihil eorum quæ nobis ad salutem data sunt, citra Dei providentiam existit. Super *Ecles.*, cap. 11.
- S. HIERON. 58. Quidquid in mundo, vel honorum accidit, vel malorum, non absque providentia accidit, et iudicio Dei. Lib. 3 super *Hierem.*, cap. XII, super illud : *Usque hiebit terra.*
59. Providentia Dei omnia gubernantur : et quæ putatur pœna, medicina est. Lib. 1 super *Ezech.*, cap. 1 super illud : *In medio ejus.*
60. Apostoli doctores vere religionis, quid instituebant omnia providentia Dei gubernari, seipsum ostenderunt nihil cogitare de crastino. Lib. 1 super *Math.*, cap. x, can. 2, num. 82, super illud : *Noctæ possidere aurum.*
- HUGO A S. 61. Divina essentia sicut spirituali creaturæ VICTORE. per cognitionem presidet : ita corpoream creaturam regendo atque disponendo implet. Lib. 1 de *Arca Noe*, cap. 2.
- HUGO CARD. 62. Nullus est prepositus mundo, nisi solus Deus : non enim eget adjutorio ad regendum mundum, qui non eguit ad faciendum, sed perse regit, qui per se creavit, et quod pie condidit pie disponit. Super *Job*, cap. xxxiv.
63. Magna est consolatio bonis, inter tot mala præsentia tenere sententiam. Super *Ecclesiasten*, cap. v.
64. Providentiæ Dei cura est specialis omnium, specialior fidelium, specialissima sanctorum. Super *I Cor.* ix.
- JOHN. CASS. 65. Credere inconcussa fide nos convenit, nihil sine Deo prorsus in hoc mundo geri : aut enim voluntate ejus, aut permisso agi universa, fatendum est. Collat. 3, *Abbat. Paphnutii*, cap. 29.
- S. JOANNES 66. Quando superna providentia cuiuspiam assistit, non solum hominum insidias effugere potest, sed etsi in bestias ipsas incidat, nihil patitur grave. Homil. 57 super *Gen.*
67. Quem Deus regit, nec cadere potest, nec errare. Homil. super *Psal.* xxxi.
68. Cura tua, cura hominis est : Deo autem de omnibus tuis committit providentiam, noli tu majoribus prætermis de tuis curare, ne Deus minus de illis providat. Homil. 69 super *Math.* *Oper. perf.*
- S. JOANNES 69. Providentiæ Dei opera, partim propensa DAMASC. Dei voluntate fiunt, partim permissione. *Prose.*
70. Propensa Dei voluntate fiunt ea omnia, quæ citra controversiam bona sunt : permissione

- quæ nonnullam absurditatis speciem præ se ferunt. Lib. de *Fide orthod.*, cap. 9.
71. Mira dispositio est supernæ distributionis ; s. ISIDORUS HISPALENS.
72. Vult quis esse bonus, et non valet, vult alter esse malus et non permittitur interire.
73. Datur ei quod sit malus qui vult esse bonus : alius vult esse malus, nec datur ei ut sit bonus.
74. Tandem in bono isto stat, quousque cadat : ille male diu vivendo, in fine salvatur.
75. Vult prodesse in bono justus, nec prævalet : vult nocere malus, et prævalet.
76. Iste vult Deo vacare, sed sæculo impeditur : ille negotiis implicari capit, nec perficit. Lib. 2 de *Sum. bono*, cap. 6, sent. 4.
77. Providentiæ divina temporaliter iustorum desiderio minime consulti, quia meliora illis in æternum promittit. *Ibid.*, lib. 3, cap. 7, sent. 26.
78. Quid tam dignum, tam proprium Deo, quam providentia ? De *Ira Dei*, cap. 4.
79. Si est Deus, utique providens est Deus : nec aliter ei potest divinitas attribui, nisi et præterita teneat, et præsentia sciat, et futura prospiciat. *Prose.*
80. Cum igitur quis providentiam sustulit, etiam Deum negavit : cum autem Deum esse professus est, et providentiam simul esse concessit : alterum enim sine altero nec esse prorsus, nec intelligi potest. *Ibid.*, cap. 9.
81. Constat divina providentia mundum regi, sicut et factus est. *Ibid.*, cap. 10.
82. Divina providentia est, cuius vi ac potestate omnia quæ videmus et facta sunt, et reguntur. *Ibid.*
83. Providens Deus, ut oportet Deum, consulit generi humano, quo sit vita nostra et copiosior et melior et tutior. *Ibid.*, cap. 10.
84. Nemo tam rudis, tam feris moribus, qui non oculos suos in cælum tollens, tametsi neciat cuius providentia regatur omne quod cernitur, aliquam tamen ipse providentiam intelligat ex ipsa rerum magnitudine, motu, dispositione, constantia, utilitate, pulchritudine, temperatione. Lib. 1 de *Divin. instit.*, cap. 2.
85. Certius est mundum providentia instructum, quam materiam providentia conglobatum. *Ibid.*, lib. 2, cap. 9.
86. Comitatur Deus justos in negotiis, ne delinquant ; in periculis, ne cadant ; in prosperitatibus, ne se extollant ; in laboribus, ne deficiant ; in dubiis, ne errent. De *Triumphali Christi agone*, cap. 25.
87. Nisi te Deus continuerit, non stabis : si

- ELIENSIS. manum subtraxerit, protinus corruens. In *Canon. vite spirit.*, cap. 6.
88. Providentiam Dei ubique attende, in omni rerum eventu stabiliter ei innitere, nihil prorsus credens accidere, quod non ex illa proficiscatur providentia. *Ibid.*, cap. 12.
89. In omnibus providentiam Dei sapienter attendas, sine qua nec unum quidem folium de arbore decidit. In *Brevi regula tyronis*, verbo *Non perturbetur.*
90. Quid potest esse tam apertum, tam confessum, tamque perspicuum, cum oculos in cælum sustuleris, et quæ sunt infra, citraque lustraveris, quam esse aliquod numen præstantissime mentis, quo omnis natura inspiretur, moveatur, alatur, gubernetur ? *Prose.*
91. Cælum ipsum vide, quam late tenditur, quam rapide volvitur, vel quod in noctem astris distinguitur, vel quod in diem sole lustratur, jam scies quam sit in eo summi moderatoris mira ac divina libratio. In suo *Octavo.*
92. Deus universa quæcumque sunt, verbo jubet, ratione dispensat, virtute consummat. *Ibid.*
93. Cum providentia mundus regitur, et unus Dei nutu gubernatur, non nos debet antiquitas imperitorum tabellis suis delectata, vel capta, ad errorem multum rapere consensus. *Ibid.*
- GRIGIENSIS. 94. Providentia Dei ita omnia in hoc mundo sunt disposita, ut nihil prorsus otiosum sit apud Deum ; etiamsi malum illud sit, etiamsi bonum. Homil. 14 in cap. xxxiv *Numer.*
95. Nihil fit sine Deo, vel agente, vel permitente. Lib. 3 *Peri-Areton*, cap. 2.
96. Nihil sine Dei providentia aut boni nobis suppedit, aut mali nobis evenit, cum ipse omnia vel decreto suo, vel permisso, nostræ in se charitatis comprobande causa faciat. In *Comment. super Job*, in illud : *Tanquam una de stultis mulieribus.*
- S. PETRUS 97. Agit nobiscum Deus, agit in hoc sæculo, ne CURYSOL. quid nobis pereat in futuro. Serm. 9.
- PHILO JD. 98. Nos discere oportet, præseculo mundo Dei providentiam : semper enim auctor curam gerit operis sui, communi necessarique lege nature. Lib. de *Mundi opific.*
99. Memor perfectissimæ suæ bonitatis Deus, etiamsi omnes homines, aut maxima eorum multitudine culpa ruat in perniciem, tamen salutarem dextram porrigens sustentat et erigit, non sinens universum genus deleri. Lib. *Quod Deus sit immutabilis.*
- S. LAURENTIUS 100. Omnibus quidem animantibus providentia JUSTIN. Dei constituit et præstat alimoniam : sed hominibus non terrenum tantum, sed et spiritalem cibum præbet. Super *Psal.* cxxlv, vers. 5.
101. Tu cura Dei facies quoque Christi : An dubitas, mete tuus unquam deserat Auctor ? Ne trepidate, homines, vite dator est dator escæ. In *Psychomach. de Avarit. et largit. pugna*, vers. 169.
102. Quomodo mundum negligere dicitur, quem hoc ipso scilicet satis diligit, quod ipsum se per totum mundi corpus intendit ? Lib. 4 de *Gubern. Dei.*
103. Sicut navigans gubernator nunquam manum suam a gubernaculo : sic nunquam penitus curam suam Deus tollit a mundo. *Ibid.*
104. Certum est Deum nostrum ab universitate omnium rerum, nec minus dignantissimæ visionis avertere, nec regum providentiæ sue tollere, nec indulgentiam benignissimæ pietatis auferre. *Ibid.*
105. Dum semper gubernat Deus, semper iudicat, quia gubernatio ipsa est iudicium. *Ibid.*
106. Deus cuncta, quæ potestate ac majestate condidit, eadem etiam providentia ac ratione moderatur. *Ibid.*
107. Ecce Deum habes præsentem, ecce inuentem, ecce in omni loco, cura ac provisione vigilantem. *Ibid.*, lib. 2.
108. Licet gubernator omnium Deus sit ; illis tamen peculiariter regimen præstari a Deo dicitur, qui regi peculiariter a divinitate mereantur. *Prose.*
109. Unde et tu quicumque ille es, si christianus es, necesse est, ut regi te a Deo credas : si autem gubernari te a Deo cum cæteris christianis omnino non putas, necesse est extra omnes christianos te esse cognoscas. *Ibid.*
110. Sicut Deus omnibus quæ sunt dedit essentia et omnia providentia sua simul collocavit. *Heccatonad.* 1, sent. 94.
111. Postquam divina providentia quis est privatus, facile patet inimicorum insulibus. Super *III Reg.*, quest. 35.
112. Multo majus est ea quæ non sunt, ut sint, effecere : quam iis quæ sunt, providere. Serm. 2 de *Provident.*
113. Laudibus celebrate providentiæ gubernacula, ut ab his gubernati præsentis vite fluctus effugiatis. Serm. 9 de *Provident.*
114. Non ambigimus omnia divina administrari providentia. Lib. 3 ad *Autolycom.*
- S. THEOPH. 115. Sicut nihil potest esse quod non sit a Deo ANTHOC. s. THEOLA. creatum, ita nihil potest esse quod ejus providentiæ non subdatur. Part. 1, quest. 403, art. 5.
116. Ille credit Deum esse, qui credit omnes res mundi hujus, gubernari et provideri ab illo. Opusc. 6, super *Symbol. Apost.*, art. 1.
117. Iusti divina providentia excellentius gubernantur, quam peccatores. Super *I Sent.*, dist. 39, quest. 2, art. 2.

PABRENT. POSTA.

SALVIANUS.

LICIT. FLEM.

GRIGIENSIS.

THALASSIUS

S. THEODOR.

S. THEOPH.

ANTHOC.

S. THEOLA.

AQUINAS.

S. LAURENTIUS

JUSTIN.

LUDOVICUS



148. Divina providentia subjungitur et bona et mala, sed diversimode: nam bona providentur, sicut per se intenta: mala autem permittuntur, inquantum ad aliquod bonum ordinari possunt. *Ibid.*, sent. 40, art. 3.

149. Nulla est sanctitas, si manum tuam, Domine, subtrahas: nulla prodest sapientia, si gubernare desistas: nulla juvat fortitudo, si conservare desinas: nulla secunda castitas, si eam non protegas: nulla propria prodest custodia, si non adsit tua sacra vigilantia. Lib. 3 de *Imitatione Christi*, cap. 14, sect. 2.

SENTENTIE PAGANORUM.

ARISTOTEL. 120. Deus est auctor in omnibus causis, et quod existat, et quod causent. Lib. 3 *Theolog.*, cap. 2.

121. Nihil existit, quod non processerit a Deo: producit omnia, et dirigit producta, servatque permanentia. *Ibid.*, cap. 4.

122. Impossibile est quod aliquid producatur ab aliquo sine Deo. *Ibid.*, lib. 40, cap. 4.

123. Vetus fama est, et quidem hereditaria mortalium omnium, universa a Deo, et per Deum nobis esse constituta: nec vero ulla natura per se sufficit orbata salute, quam ille ferat. De *Mundo*.

124. Deus sine dubio servator omnium est; et parens eorum que in mundo conficiuntur. *Ibid.*

CICERO. 125. Divina mente atque natura mundum universum, atque ejus singulas partes administrari, perspicuum est. Lib. 4 de *Finib.*, num. 12.

126. A Deo necesse est mundum regi. Lib. 2 de *Natura deor.*

PLATO. 127. Consentaneum est Deum nostri curam gerere, et nos ad illum, ut certam possessionem pertinere. *Sizy.* 1, in *Dial. Phaedon*.

SENeca. 128. Scias omnia ex decreto Dei fieri. Lib. 3 *Quaest.*

129. Ille beatissimus est, et securus sui possessor, qui crastinum sine sollicitudine expectat. Epist. 42.

130. Manent cuncta, non quia eterna sunt, sed quia defenduntur cura Dei regentis. Epist. 58.

131. Deus omnia temperat, quae circumfusa rectorem sequuntur et dicunt. Epist. 65.

132. Deus ille maximus potentissimusque ipse vebit omnia. Epist. 31.

SIXTUS PHILOSOPH. 133. Malus vir non putat esse providentiam Dei. *Sent.* 300.

134. Deum qui putat esse, et nihil ab eo curari, nihil differt ab eo, qui non credit esse Deum. *Ibid.*, sent. 367.

TRIMEG. 135. Non ignorat Deus hominem, sed curam ejus habet, ab omne cognosci se vult. De *Potentia et sapientia Dei*, cui titulus, *Pimander*, cap. 10.

136. Si a quodam influxum suum Deus sub-

traxerit, deficiente vita, in mortem corruent universa. *Ibid.*, cap. 11.

137. Caeli et omnium que in mundo sunt, ipse gubernator est, qui est omnium effector Deus. De *Voluntate divina*, cui titulus, *Asclepius*, cap. 2.

138. Deus omnium gubernator, dispensans omnibus rebus, quantum unicuique necessarium est: spiritu implet omnia, ut cujusque nature qualitas est. *Ibid.*, cap. 7.

139. Deus viventium sempiternus gubernator est, ipsiusque vitae dispensator aeternus. *Ibid.*, cap. 9.

140. Omnia sine Deo vegetari non possunt: omnia enim Deus, et ab eo omnia, et ejus voluntate omnia: quod totum est bonum, decens, et prudens: sine quo nec fuit aliquid, nec est, nec erit; omnia enim ab eo, et in ipso, et per ipsum. *Ibid.*, cap. 12.

141. Res omnis non fortuito motu, sed divina providentia constare creditur. Lib. 1 *Dictor. memorabil.*, cap. 5.

Vide etiam tit. *Corpus*, sent. 34; *Deus*, sent. 162; *Fatum*, sent. 22; *Malum*, sent. 52, 71, 99; *Præscientia Dei*, sent. 36, 38, 41; *Subiectio*, sent. 11.

PROXIMUS.

Definitio. Proximus est omnis homo, quia ex uno parente sumus omnes geniti: omnesque proximi simus conditione terrenæ nativitat. Super *Epist ad Ephesios*, cap. 4, in illud: *Unusquisque in proximo suo*.

Proximus est omni homini omnis homo, De *Discipl. christ.*, cap. 3.

Proximum dicimus et carnis nobis societate conjunctum, et aliqua legis vicinitate sociatum. Super *Psal.* c, vers. 6.

Proximus dicitur nature conditione, consanguinitate, beneficiorum exhibitione. Super *Psal.* xxvii.

Proximus hominis nihil aliud est, nisi similis conditionis atque rationis particeps animans, id est, homo. In *Dialogo adversus Judæos*.

Non illi tantum proximi nostri credendi sunt, quos nobis gradus sanguinis jungit; sed proximi nostri credendi sunt etiam omnes homines nature nostræ particeps. Lib. 3 de *Via contempl.*, cap. 15.

Proximus tuus est omnis homo, qui eadem tibi est christianitatis lege conjunctus. *Prose.*

Proximus tibi est, qui ab Ecclesie consortio non videtur alienus.

Proximus tibi est, quicumque est proximus Christi. Homil. 12.

SENTENTIE PATRUM.

1. Quicumque in proximum peccaverit, in se-

PROXIMUS.

metipsum delinquit: et qui male fecerit proximo, semetipsum efficit malum. Epist. 2 ad *Frates*.

2. Manifestum est omnem hominem proximum esse deputandum. Lib. 4 de *Doctr. christiana*, cap. 30.

3. Proximi nomen ad aliquid est, nec quisquam esse proximus nisi proximo potest. *Ibid.*

4. Omnis homo est omni homini proximus; nec ulla cogitanda est longinquitas generis, ubi est natura communis. Super *Psal.* cxviii, conc. 8.

5. Homo proximus est tuus, vitium inimicum est proximo tuo: tunc amas proximum, si oderis quod nocet proximo. Serm. 2 post *Dom.* 49 *Trinit.*

6. In caelo nihil latebit proximum in proximo. Epist. 6.

7. Proximus non sanguinis tantum propinquitate, sed et rationis societate pensandus est, in qua socii sunt omnes homines. Epist. 52.

8. Parum proficit, qui proximo non prodget cum potest. Lib. *Medit.*, cap. 41.

9. Peccantes in proximum, in Deum peccamus. Super illud *Genes.* xx: *Ne peccares in me*.

10. Qui ex adversitate proximum despicit, aperte convincitur quod hunc in prosperis non amavit. Lib. 7 *Moral.*, cap. 10.

11. Proximus nosler, omnis homo christianus est. Super *Psal.* xiv, vers. 4.

12. Etiam hominum non facere, malum est: nam si quis viderit proximum fame periclitari, nonne ipse illum occidit, si illi cum affluat, non dederit victum? *Prose.*

13. Quisquis in quacunque necessitate succurrere proximo morituro potest, si non fecerit, occidit. Super *Epist. ad Rom.*, cap. xii in illud: *Dilectio proximi malum non operatur*.

14. Gravius est sustinere quem nolis, quam desiderare quem diligis. Hab. apud *Bedam*, in *suis Sciuitis*, cap. 2.

15. Fallitur proximus adulatione, simulatione, deceptione. Super *Ecclesiastic.*, cap. 1.

16. Nemo secundum carnem speciet proximum, sed in Christo Jesu. Epist. 6 ad *Magnæ*.

17. Ille vero male affligitur, qui proximo suo negotium facit. Homil. 19 super *Gen.*

18. Hoc omne bonum est, quod proximum respicit. Homil. 79 super *Math.* *Oper. perf.*

19. Nihil adeo potest nos Christi imitatores efficiere, sicut erga proximum cura. *Prose.*

20. Licet jejundando, humi dormiendo corpus maceraveris, nullam autem proximi curam habueris, nihil egregium feceris, sed adhuc longe a Christi abfueris imitatione. Homil. 25 super *I Cor.*

21. Nullum valde magnum potest esse officium, quando nullum in proximis lucrum confertur. *Ibid.*

PRUDENTIA.

PRUDENTIA.

22. Communis toto corpori turpitudine unus membri, et ornamentum commune unius membri salus cum sit, ne tam arde nobis conjunctum, proximum abjiciamus. *Ibid.*, homil. 30.

23. Proximi gratia anxium esse, excellentis est dilectionis. Serm. 9 super *Epist. ad Philipp.*

24. Sicut, qui ea que proximi sunt querit, sua quoque rite disponit: ita si que illius sunt, negligit, sua quoque despicit. Homil. 7 super *II Tim.*

25. Sicut maledictiones, que diriguntur in proximos, maledicentes primitus vexant: sic et bona, que circa proximos geruntur, eis primum, qui operantur, juvenilitatis uberes profertur fructus. Homil. 1 super *Epist. ad Hebr.*

26. Bonum proximo non fecisse, hoc est fecisse malum. Super *Epist. ad Ephes.*

27. Scis quoniam pacto de proximo bene merearis? id ei facito, quod ab eo tibi fieri cupis. Lib. 1 *Parall.*, cap. 41.

28. Notum nobis fecit Deus, quod sit verum et justum opus, ita nos oportere cum proximis vivere, dummodo sciamus illud ad hominem, hoc ad Deum pertinere. Lib. 6 de *Divin. inst.*, cap. 12.

29. Nihil uniuscujusque tam proprium, quam quod impendit in proximum. Serm. 5 de *Jejuniis*.

30. Noli despiciere proximum, si non vis Deo despiciabiles apparere. Opusc. 9, cap. 2.

31. Quis se proximis suis proximum reddi? quis solvit charitati, quod se agnoscat debere vel nemini? Lib. 5 de *Gubern. Dei*.

32. Occurrendum est semper Dei amicis, ac serviendum est proximis. Homil. 45 de *Bono marty.*

33. Qualem vis esse proximum tuum tibi, talis esto et tu tuis proximis. *Sent.* 81.

Eymologia. Prudens dicitur quasi proci videns. Prudens quasi porro videns: perspicax enim est, et incertorum providet casus. Lib. 10 *Eymol.*, verbo *Prudens*.

Prudentia dicitur quasi providentia: ille enim sibi sapienter providet, qui in his vitæ miseriis attendit. Super *Luc.*, cap. vi.

Definitio. Prudentia est recta ratio rerum a nobis agibilium. Part. 4, lit. 10, cap. 7, § 6.

Prudentia est rerum honorum virtus, et malorum scientia. Serm. *Dom.* 3, post *Trinit.*

Prudentia est appetendarum et vitandarum rerum scientia. Lib. 4 de *Libero arbitrio*, cap. 13.

Prudentia est honorum rerum et malaram discretio, utraque cum fuga mali et electione boni. De *quatuor Virtutibus*.

Prudentia est in sui custodia boni malique pro-

VALEB. MAX.

S. ANSELM.

S. AUGUST.

CASSIODOR.

HUGO CARD.

HUGO CARD.

S. JUSTIN.

MART.

S. PROSPER.

S. VALEB.

S. ANTONIUS DE PADUA.

S. BONAV.

HUGO A. S.

S. JOHANNES DAMASC.

LACT. FIRM.

S. SALVIANUS.

S. VALEB. EPISC.

SIXTUS PHILOSOPH.

COLLECTOR.

S. ISIDORUS HISPALENSIS.

HUGO CARD.

S. ANTONIUS DE PADUA.

S. BONAV.

HUGO A. S.



- VICTORE. videri sagaxque dignoscantia. *De Fruct. carnis et spir.*, cap. 12.
- JOAN. GERS. Prudentia est habitus intellectualis, acquisitus, laudabilis, elevans et dirigens liberum arbitrium in agendis vel vitandis. Part. 4 *de Descript. terminor.*, cap. Virtus.
- S. LAURENT. JUSTIN. Nihil aliud est prudentia, quam scientia rerum bonarum, et malarum, cum illarum dilectione, et harum detestatione. Part. 1 *de Ligno vite*, tract. 2 *de Prudentia*, cap. 1.
- Prudentia est amor eorum, quibus adjuvatur, ab iis quibus impeditur, sagaciter discernens. *Ibid.*
- Prudentia est presens notio, futurorum pertractans eventum. *Ibid.*
- PHILO JUD. Prudentia est scientia faciendorum, et non faciendorum. Lib. 1 *Legis allegor.*
- S. THEODOR. Prudentia est rationis, que predicti sumus, vigilantia. Serm. 6 *de Providentia*.
- S. THOMAS AQUINAS. Sicut ars est recta ratio facultabilium, sic prudentia est recta ratio, agibilium. 1, 2, quest. 58, art. 2.
- S. BONAV. *Divisio*. Prudentia in sex dividitur: primo, in cognitionem presentium; secundo, in memoriam preteritorum; tertio, in providentiam futurorum; quarto, in circumspeditionem contrariorum; quinto, in prohibitionem peccatorum; sexto, in exercitationem virtutum. *De quatuor Virtutibus*.
- S. BONAV. *Productio*. De prudentia procedit circumspectio, docilitas, et cautio. *De quatuor virtut.*
- HUGO A S. VICTORE. Prudentia comites sunt, timor Domini, alacritas, consilium, memoria, intelligentia, providentia, deliberatio. *De Fruct. carnis et spiritus*, cap. 42.
- SENTENTIE PATRUM.
- S. ALBERT. MAGNUS. 1. Prudentia vera atque perfecta est, semper niti ad cognitionem divine nature, et profunditatem humane miserie. *De Paradiso anime*, part. 1 *de Virtut.*
- S. AMBROS. 2. Prudentia veri investigatione versatur, et scientie plenioris infundit cupiditatem. Lib. 1 *Offic.*, cap. 24.
3. Nihil ea prudentia sapientius, que divina et humana secernit. *De obitu Satyri fratris sui*.
- S. AUGUST. 4. Prudentia testimonium veritatis, non amicitie reddit. *Prosec.*
5. Prudentia cum discretione promittit, et promissa accelerat, et amplius quam promiserat, prestat. Serm. 4 *ad Fratres in eremo*.
6. Prudentia docet quomodo presentia ordines, quomodo preteritorum recorderis, et quomodo futura providas. *Ibid.*
- S. BASILIUS MAGNUS. 7. In omnibus que aguntur, prudentiam preare convenit: nam citra prudentiam, omnia etiam que bona esse videntur, ad vitium per im-

portunitatem ac immodestiam dilabuntur. In *Consti.*, cap. 14.

8. Est quedam prudentia, et ipse quid ex te, quid ex Dei adjutorio possis, et ipse servare te infensum, qui tibi servat illesum. Tract. *de Diligendo Deo*, cap. *Anat.*

9. Temperate facere cuncta, prudentia est. Serm. 63.

10. Quid, o homo, in omnibus es prudens, et circa teipsum es insipiens? Serm. *de Miseria humana*.

11. Rerum exitus prudentia metitur. Lib. 2 *de Consolat. philos.*, prosa 4.

12. Prudentia auriga est virtutum. Serm. 6 in *Hexamer.*

13. Turpe est ut major prudentia sit in brutis, quam in prudentissimo animali, quod ultra bruta rationem accepit. Serm. *de Doctore*.

14. Prudentia est, ad rationis normam, que cogitat, quasque agit, universa dirigere, et nihil preter rectum velle facere, humanisque actibus tanquam rationis arbitrio providere. In *Centilog.*, part. 3, sect. 41, part. 3, sect. 41.

15. Officium prudentie est, ex preteritis et presentibus futura perpendere. *Ibid.*

16. Prudentiam etate ponderare, minime convenit. Habet. apud *D. Joan. Damasc.*, lib. 3 *Parall.*, cap. 73.

17. Prudentia carnis non est vera prudentia; sed appellatur prudentia propter apparentem similitudinem, quam habet cum vera prudentia. Super *Epist. ad Rom.*, cap. viii, art. 14.

18. Via recta et regia, prudentia est. Lib. 16 *S. Hieron.* super *Isaiam*, cap. LVII, super illud: *In multitudine vite*.

19. Prudentia connexam malitiam habens, prudentia non est. Homil. 36 super *I Cor.*

20. Nihil ad veram administrationem ita necessarium est et commodum, sicut prudentia. Serm. 15 super *Epist. ad Ephes.*

21. Nihil prudentia melius, nihil dulcius, nihil suavius. Lib. 2 *de Synonym.*, cap. 43.

22. Prudens cito deprehendit noxia, et celerius errores agnoscit. *Ibid.*

23. Nemini sine philosophia rectaque ratione, prudentia adesse ullo modo potest. In *Dialogo adversus Iulian.*

24. Prudentes alios esse existimare debemus, nec prudentiam nobis solis tribuere, et quasi vendicare. *Epist. ad Zenam*.

25. Qui suo judicio prudens est, is et monita aspernat, et in contrariam sententiam trahitur, et ei cui dat consilium fit adversarius. *Ibid.*

26. Eo celerius et citius ad culmen prudentie proficis, quo statum interioris hominis conside-

S. BERNARD.

DOETIUS.

S. BONAV.

DIDYMUS.

ALEX.

DIONYSIUS

CARTAGUS.

S. MEROB.

S. JOANNES

CHRYSOST.

S. ISIDORUS

HISPALENS.

S. JUSTIN

MART.

CLEMENS

ALEX.

DIONYSIUS

CARTHUS.

S. LAURENT.

JUSTIN.

rando plenius agnosces. *De Ligno vite*, tract. 2 *de Prudent.*, cap. 6.

27. Animas prudentia servat, cum ipsa sit mentis sanitas: imprudentia vero interimit, cum sit morbus earum insanabilis. Lib. *de Temulentia*.

## SENTENTIE PAGANORUM.

28. Prudentiam habitum esse agendi circa humana bona, vera cum ratione necesse est. Lib. 6 *Ethic. ad Nicomach.*, cap. 5.

29. Patet prudentem neminem esse posse, nisi sit bonus. *Ibid.*, cap. 12.

30. Fieri non potest, ut sine prudentia sit homo proprie bonus, et absque morum virtute prudens. *Ibid.*, cap. 13.

31. Prudentiam artem vite esse dicimus. Lib. 5 *de Finib.*, num. 48.

32. Quomodojuvanda vita esse potest, a qua abest prudentia? Lib. 5 *Tuscul. quest.*

33. Quisquis prudentiam sequi desideras, tunc per rationem recte vives, si omnia prius existimes et perpenses, et dignitatem rebus non ex opinione multorum, sed ex eorum natura constituas. *De quatuor virt.*

34. Si prudentiam amplecteris, ubique idem eris. *Ibid.*

35. Prudentis proprium est, examinare consilia, et non cito credulitate ad falsa prolabi. *Ibid.*

36. Si prudens esse cupis, in futurum prospectum intende, et que possunt contingere, animo tuo cuncta propone. *Ibid.*

37. Qui prudens est, non dicit, Non putavi hoc fieri: quia non dubitat, sed expectat: nec suspiratur, sed cavet. *Ibid.*

38. Si prudens est animus tuus, tribus temporibus dispensetur: presentia ordina, futura provide, preterita recordare. *Prosec.*

39. Nam qui nil de preterito cogitat, perdit vitam: qui nil de futuro premeditatur, in omnia incautus incidit. *Ibid.*

Vide etiam tit. *Invenire*, sent. 25; *Princeps*, sent. 4; *Servetus*, sent. 9; *Virtutes cardinales*, per totum; *Verbum conexio in genere*, sent. 3, 4, 39; *Virtutum conexio in specie*, verbo *Prudentia*.

## PSALMUS.

CASSIODOR. *Definitio*. Psalmus est hymnus alicuius metri lege compositus, qui similitudinem predicti organi supernam nobis cognoscitur indicare virtutem. Super *Psalm.* II, in Proemio.

Psalmus est numerosa, et modesta laudatio. Lib. 2 *Pedagogi*, cap. 4.

Psallere est Deum laudare. *De fructuosa temporis deductione*, art. 3.

S. LAURENT. Psalmodia est quedam Dei ad hominem, atque

hominis ad Deum, dulcis, leta et familiaris allocutio. Part. 1 *de Discipl. monastico conversal.*, cap. 17.

*Differentia*. Psalmus et hymnus inter se differunt: psalmus laus Dei proprie appellatur, ad bene operandum inducens; hymnus vero laus Dei, ad devotionem accendens. Super *Hymnos*, in Proemio.

## SENTENTIE PATRUM.

1. In libro Psalmorum profectus est omnium, et medicina quedam salutis humane. *Prosec.*

2. Quicumque legerit, habet quo proprie vulnera passionis speciali possit curare remedio.

3. Quicumque certare voluerit, tanquam in communi animarum gymnasio, et quodam studio virtutum, diversa generi certaminum reprens preparata, id sibi eligat, cui se intelligit aptiorem, quo facilius perveniat ad coronam.

4. Si quis gesta recensere majorum studeat, atque imitari velit, intra unum psalmum totam paternam historiam seriim accipit comprehensam, ut thesaurum memorie compendio lectionis acquirat. Super *Psalm.* in Prefatione.

5. Psalmus est benedictio populi, Dei laus, plebis laudatio, plausus omnium, sermo catholicorum, vox Ecclesie, fidei canora confessio, metovitatis plena devotio, libertatis letitia, clamor juvenilitatis, letitie resultat, nocturna arma, diurna magisteria, scutum in timore, festum in sanctitate, imago tranquillitatis, pignus pacis, archa concordie. *Ibid.*

6. Psalmus iracundiam mitigat, sollicitudinem abicit, mororem allevat, dissidentes copulat, discordes sociat, offensos reconciliat: quis enim non remittat ei, cum unam ad Deum vocem emisit? *Ibid.*

7. Psalmus est nocturni operis commercium, diurne requie stipendium, insitutio incipientium, perfectorum confirmatio, angelorum ministerium, militie celestis hostia spiritalis. *Ibid.*

8. Psalmus medicamentum conscientie peccaticis est. Super *Psalm.* xxxvii, in Prefat.

9. Psalmorum volumen veluti paradisus, in quo sunt omnia genera lignorum plantata, modulando sua quedam propria inter cantandum ostendit. *De Interpret. Psalm.*

10. In psalmis canuntur, que in singulis voluminibus Scripturarum annuntiantur. *Ibid.*

11. Quemadmodum aliarum scripturarum argumenta in psalmis licet reperire, ita quoque que sunt Psalmorum, in aliis reperies. *Ibid.*

12. Codex Psalmorum peculiarem dotem, et extrinsum quiddam observatque dignum in se continet. *Ibid.*

JUSTIN.

DIONYSIUS

CARTAGUS.

S. AMBROS.

S. ATHAN.

MAGNUS.



43. Omnis quidem divina Scriptura magistra est virtutis, et veræ fidei : sed tamen liber Psalmorum certam quandam formam tractatæque animorum continet. *De Interp. Psalm.*
44. Psalmus est tranquillitas animarum, signifier pacis, perturbaciones vel fluctus cogitationum cohibens, iracundiam reprimens, luxum repellens, sobrietatem suggerens, amicitiam congregans, inimicos reconcilians. In *Prologo Psalm.*
45. Quod omnium bonorum maximum est, charitatem psalmus instaurat, conjunctionem quandam per consonantiam vocis efficiens. *Ibid.*
46. Psalmus diversum populum unius chori per concordiam consona modulatione consociat. *Ibid.*
47. Psalmus demones fugat, angelos ad adiutorium invitat.
48. Psalmus scutum in nocturnis terroribus, diurnorumque requies est laborum. *Ibid.*
49. Psalmus est tutela pueris, juvenibus ornamentum, solamen senibus, mulieribus optissimus decor. *Ibid.*
50. Psalmus desertas habitare facit urbes, sobrietatem docet, incipientibus primum efficitur elementum, proficientibus incrementum, perfectis stabile firmamentum, totius Ecclesie vox una, solemnitates decorat, tristitiam mollit, etiam ex corde lapideo lacrymas movet; angelorum opus est, exercitium celestium, Spiritale thymiana. *Ibid.*
51. Quid est quod non discatur in Psalmis? Nonne omnis magnitudo virtutis, nonne norma justitiæ, nonne pudicitie decor, nonne prudentie consummatio, nonne patientie regula, nonne omne quicquid potest dici bonum, procedit ex ipsis? *Prose.*
52. Dei scientia perfecta, prenuntiatio Christi in carne venturi, et communis resurrectionis spes, suppliciorum metus, gloriæ pollicitatio, mysteriorum revelatio.
53. Omnia prorsus in Psalmis, velut magno quodam et communi thesauro recondita atque conferta sunt bona. *Ibid.*
54. Cum tristitia non est psallendum : in psallendo enim hilaritas est. Super *Psalm.* exposit. xci, vers. 3.
55. Alternent pro tempore lingue sonos vocum, perpetua sit vox interiorum. Super *Psalm.* cii, vers. 1.
56. Vis psallere? non solum vox tua sonet laudes Dei, sed opera tua concordent cum voce tua. *Prose.*
57. Cum ergo voce cantaveris, silebis aliquando : vita sic canta, ut nunquam sileas. Super *Psalm.* cxlvi, vers. 1.

28. Noli bonæ cantilenæ tuæ obstrepere moribus. *Ibid.*
29. Sicut angeli pure laudant Deum in regione vivorum, ita et nos qui die et nocte psallimus Domino, debemus cum sanctis angelis puritatem habere : quia et quod angeli persurgunt in coelis, ita et nos facere debemus in terris. *Serm. 4 ad Fratres in exemo.*
30. Psalmus tranquillitas est animarum, gubernator pacis, tumultus et undas cogitationum sedans ac compescens est : nam anima partem irascibilem mollit, protervam verp castam facit. Super *Psalm.* i, conc. 1.
31. Psalmus est amicitia conciliator, dissidentium unio, hostium reconciliator, demonum fugator, angelici auxilii inductor, scutum in timoribus nocturnis, requies laborum diurnorum, infantibus securitas, vigentibus ornamentum, senibus solatium, mulieribus mundus convenientissimus, proficientium incrementum, perfectorum fulcrum, ecclesie vox, angelorum opus, celestis respublica, spiritualis suffitus. *Ibid.*
32. Psalmus etiam ex lapideo corde lacrymas elicit, hic festivitates exhilarat, hic tristitiam, quam secundum Deum est, creat. *Ibid.*
33. In Psalmis discas fortitudinis magnificentiam, justitiæ sinceritatem, temperantiæ gravitatem, prudentiæ perfectionem, penitentiæ modum, patientiæ mensuram. *Prose.*
34. Hic inest theologia perfecta, præditiæ adventus Christi per carnem, minæ judicii, resurrectionis spes, suppliciorum timor, promissiones gloriæ, mysteriorum revelationes. *Ibid.*
35. Omnia velut in magno quodam ac communi promptuario, in Psalmorum libro reposita sunt. *Ibid.*
36. Lingua psallat, mens dictorum sententiam perscrutetur, quo et spiritu et mente psallas. Super *Psalm.* xxvii, conc. 5, vers. 8.
37. Psalmus sermo est musicus, quando canticæ et juxta harmoniæ rationem ad instrumentum pulsatur. Super *Psalm.* xxix.
38. Non si quis ore profert Psalmi verba, hic Domino psallit : sed qui a puro corde emittunt psalmodias. *Ibid.*
39. Quid beatius, quam angelorum tripudium imitari? statim quidem ubi dies exordium sumit ad preces procedendo, et hymnis et cantilenis Conditionem honorando. *Epist. 1 ad S. Gregor. Theolog.*
40. Vocis tonus in psallendo medius preferendus est, ut neque præ parvitate auditum diffugiatur, neque distentionis magnitudine onerosi simus. *Ibid.*
41. In tempore psalmodiæ sapienter psalle,

S. BASILIUS  
MAGNUS.

S. BERNARD.

- filii, et spirituales cantus vigilanter esse coram Domino; ut virtutem psalmodiarum facilius possis acquirere. In *Admonit. ad filium spirit.*
42. Psalmus et gratia, arma sunt in demones. *Orat. 15.*
43. Vigilare jubemur, ne aliud habeamus in corde, et aliud proferamus in voce : cum enim intentione sincera debet non sonus vocis, sed animæ sensus orare. Super *I Petr.* iv, in illud : *Vigilate in orationibus.*
44. Cibus in ore, psalmus in corde sapit : psallas spiritu, psallas et mente. *Serm. 7 super Cant.*
45. Nihil aliud dum psallitis, quam quod psallitis cogitatis. *Ibid.*, *serm. 47.*
46. Spiritus sanctus illa hora qua psallis, gratum non recipit quicquid aliud quam debes, neglecto eo quod debes, obtuleris. *Ibid.*
47. Continentiæ labor et rigor disciplinæ, psalmodium hymnorumque dulcedine relevatur. *Epist. 78, ad Sugerum abbat.*
48. Non est levis jactura gratiæ spiritualis, levitate cantus abduci a sensuum utilitate, et plus simulandis intendere vocibus, quam insinuandis rebus. *Prose.*
49. Cantus plenus sit gravitate, nec lasciviam resonet, nec rusticitatem : sic suavis ut non sit levis, sic mulceat aures ut moveat corda, tristitiam levet, iram mitiget, sensum literæ non evacuet, sed focundet. *Epist. 312, ad Guidonem abbat.*
50. Nunquam intelliges David, donec ipsa experientia, ipsos psalmodiarum affectus indueris. *De Vita solit.*
51. Cum ad psallendum ecclesiam intraveris, fluctuantium cogitationum tumultus exterius relinque, curamque exteriorum penitus obliviscere ut soli Deo possis vacare. *Lib. Medit.*, cap. 6.
52. Loquitur mihi Deus in psalmo, et ego illi : nec tamen cum psalmodium dico, attendo cuius psalmus sit : magnam injuriam Deo facio, cum illum precor ut meam precem exaudiat. quam ego, qui fundo, non audio. *Ibid.*, cap. 8.
53. Dum cantor mulcet populum vocibus, Deum irriat pravis moribus. *Ibid.*, cap. 11.
54. Parum prodest sola voce cantare, sine cordis intentione. *Ibid.*, cap. 8.
55. Ruminantem psalmos somnus te occupet, ut in somno somnies te dicere psalmos. In *Formula honestæ vitæ.*
56. Mens tua cum voce concordet, concordet cum lingua : non aliud cogites et aliud cantes. Si aliud cantes in mente, et aliud cantes in voce, perdis fructum laboris tui. *Serm. 52.*
57. Sicut orationibus juyamur, ita psalmodiarum modulationibus delectamur. *Ibid.*
58. Usus psalmos cantandi consolatur tristitia corda. *Ibid.*
59. Cantus psalmodiarum in ecclesia mentes hominum lætificat, fastidiosos oblectat, pigros sollicitat, peccatores ad læntia invitât. *Ibid.*
60. Dura quamvis ad sordida secularium hominum, statim ut dulcedinem psalmodiarum audierint, ad amorem pietatis convertuntur. *Ibid.*
61. Sunt multi qui suavitate psalmodiarum compuncti, peccata sua lugent. *Ibid.*
62. Psalmodiarum decantatio significat perpetuam laudem Dei in æterna gaudia. *Ibid.*
63. Quicumque fideliter et intenta mente psalmos decantat, quodammodo angelis Dei sociatur. *Ibid.*
64. Psalmodiarum decantatio aliquando commovet ad lacrymas, aliquando invitat ad orationem. *Ibid.*
65. Psalmi faciunt gratas esse vigilias noctis. *Ibid.*
66. In psalmis est iter laudis, quod ad æternam laudem pervenire possis. *Ibid.*
67. Deus, cui non absconditur quicquid illicitum perpetratur, non quaerit vocis lemitatem, sed cordis puritatem. *Lib. 5 Florum*, cap. 44.
68. Psalmodiarum dignanter admiseri sancti angeli solent. *Ibid.*
69. Hymnos et psalmos canere, monachorum est et clericorum. In *Alphab. religiosor.*, lect. 22.
70. Cum timore et humilitate psallendum est. In *Speculo discipl.*, part. 1, cap. 15.
71. Sic stemus ad psallendum, ut mens voci concordet. *Ibid.*
72. Verba psalmodiæ distincte et integre pronuntia. *De Inst. novit.*, part. 1, cap. 5.
73. Vere coruscus liber psalmodiarum, sermo lampabilis, cura sancti cordis, farns interioris hominis, pinax spiritualium personarum, occultarum lingua virtutum, que inclinat superbos humilitati, reges pauperibus subdit, affabiliitate parvulos nutrit. Super *Psalm.* Prolog.
74. Non potest animus fidelis expleri, qui cæperit inde satiari. *Ibid.*
75. Merito se a vera vita credat alienum, quisquis jucunditate psalmodiarum non fruitur. *Ibid.*
76. Liber Psalmodiarum est thesaurus in peccatore mundo excrescens, consolatio magna lugentium, spes beata justorum, periclitantium utile suffugiū. In *Prologo super Psalm.*, cap. 16.
77. Non solum cantantes, sed et intelligentes psallere debemus : nemo enim sapienter quidquam facit, quod non intelligit. Super *Psalm.* xlv, vers. 7 : *Psallite sapienter.*
78. Psalmi vasa sunt veritatis, quasi spiritalia

S. BONAV.

CASSIODOR.



- dolia vinum Domini incorrupto sapore servantia. Super *Psalm.* lxx, vers. 24.
79. Tunc Deo accepta est oratio canentium, si pura mens idem gerat quod explicat vox cantici. Super *Psalm.* ci, vers. 4.
80. Psalmodia est consolatio fientium, cura dolentium, sanitas ægrotorum. Super *Psalm.* cxxiv, vers. 8.
81. In psalmis loquitur Spiritus sanctus. De *Discipl. et habitu virgin.*, cap. 1.
82. Admirabilis est virtus psalmodiarum, et ex sua natura solet mentem psallentis dulcedine quadam perfundere. Super *Epist. Jacobi*, cap. v, art. 7.
83. Dum vox psalmodie per intentionem cordis agitur, tunc aut prophetica mysteria revelantur, aut compunctionis gratia inspiratur. *Ibid.*
84. Ita psalmodia studium et curam adhibeamus, ut et os et cor pariter psallant. *Doctr.* 23.
85. Psalmus in ore tuo sit assidue, quoniam Deus cum nominatur, demones fugat, et psaltem sanctificat. In *Encomio super Psalmos*.
86. Psalmus est tranquillitas animus, designator pacis, amicitie conciliator, dissidentium unio, inimicorum inter se pacificatio, angelorum ad subveniendum inductio, presidium timoris nocturni, requies a laboribus diurnis, infantium tutela, seniorum decus, majorum consolatio, mulierum aptissimum ornamentum, angelorum opus, celeste munus, incensum spiritale, mentium illuminatio, corporum sanctificatio, piorum gaudium. *Ibid.*
87. Psalmus ex lapideo etiam corde lacrymas excutit. *Ibid.*
88. Psalmus solitudines inhabitat, conciones temperat, otiosiloquium exterminat, risum reprimat, iudicium suggerit, animam in Dei laudem excitat, cum angelis choros agit. *Ibid.*
89. Ubi psalmus adest cum compunctione, ibi est Deus una cum angelis. *Ibid.*
90. Studeamus ut cum obsequiis laborum vita concordet et consonet: sic enim pietas Dei ad nos flecitat auditum. *Hom. 4 Epiph.*
91. Non est satis psallere ad hoc ut laus Deo placeat, sed opus est ut per vite quoque munditiam illi placeamus. Super *Psalm.* cxxvi.
92. Utilis est hymnorum cantilena, et honorum est causa: at hymnus minime Deo gratus est, sed laudantium propositum. *Ibid.*
93. Clavis libri psalmodiarum, omnique prophetie, est Spiritus sanctus. Super illud *Apocal. iii*: Qui habet clavem David.
94. Per psalmum meditationes, et laudes, et gaudia de Deo concepta accipiuntur. In *septem Psalmos penit. Psalm. i*, in Prologo.

S. CYPRIAN.

DIONYSIUS  
CARTHUS.

S. DOROTH.

S. EPHRAËM.

S. FUSENIUS  
EMISSEN.

GLOSS. ORD.

S. GREGOR.  
MAGNUS.

95. Psalmi meditatio, fidelis anime est virtutibus exercitata. *Ibid.*
96. Vox psalmodie cum per intentionem cordis agitur, per hanc omnipotenti Deo ad cor iter paratur, ut intentæ menti vel prophetiæ mysterium, aut compunctionis gratia infundatur. *Hom. 4 super Ezech.*
97. Fit plerumque ut cum blanda vox queritur, congrua vita negligatur: et cantor minister Deum moribus stimulat, cum populum vocibus delectat. *Hab. in Decret. Gratiani*, part. 1, dist. 92, can. *In sancta*.
98. Psalmodia laudis ventura est ante ambulatoria, et gloriæ prælium. *Orat. 3 de Sancto Lavacro*.
99. In psalmo non dulcedo vocis, sed mentis affectus queritur. *Epist. 4*.
100. Quando psalmum dicis, cuius verba loqueris, agnosce: et in compunctione magis cordis, quam in tinnule vocis dulcedine delectare. *Epist. 14 ad Mauritiij filiam*.
101. Lacrymas psallentis Deus magis quam vocis gratiam approbat. *Prose.*
102. Ubi timor et tremor est, ibi non vocis elatio, sed animus flebilis est, et lacrymosa dejectione. *Ibid.*
103. Melior est unius psalmi decantatio cum puritate et serenitate, et spiritali hilaritate, quam totius psalterii modulatio cum anxietate cordis et tristitia. In *Regula monachor.*, cap. 14 de *Contemplat.*
104. Psallentium chorus ibi consistere non potest, ubi dolor et gemitus præsens est. *Prose.*
105. Musica in luctu, importuna narratio: ubi non est lætitia mentis, frustra sonat melodia carminis. In *Orat. Hierem.*, super illud: *Senes defecerunt de portis*.
106. Ille bene psallit, qui implet in opere quod cantat. Super *Psalm.* xxxii, vers. 3.
107. O monache, qui stas corpore, quare jacet anima tua, et non psallis Domino? si psalterium es, si cithara es, quare surdus es, et non glorificas Dominum? Super *Psalm.* cvii, vers. 2: *Exerge, psalterium et cithara*.
108. Sicut martyres laudant Deum pure in regione vivorum, ita et monachi qui die et nocte psallunt Domino, debent eandem puritatem habere martyrum, siquidem ipsi martyres sunt: quod enim faciunt angeli in caelis, hoc monachi faciunt in terris. Super *Psalm.* cxv, vers. 7: *Tibi sacrificabo bestiam laudis*.
109. Bona res est psallere, psallere autem non tantum voce, sed et corde: quanti enim bonam vocem habent, et quoniam peccatores sunt, male psallunt. Bene psallit, qui cantat in corde, qui

S. HILARIUS

S. GREGOR.  
NAZ.

S. HIERON.

EUGO A. S.  
VICTORE.

- psallat Christo in conscientia. Super *Psalm.* cxlvi, vers. 1.
110. Audiant hi quibus psallendi in ecclesia officium est, Deo non voce, sed et corde cantandum: nec in tragadiorum modum guttur et fauces dulci modulamine collinendas. *Lib. 3 super Epist. ad Ephes.*, cap. v, super illud: *Loquentes in psalmis*.
111. Suscepta semel in aures psalmodiarum cantica, in corde sunt retinenda, et semper ea officio oris iteranda. Super *Psalm.* cxviii, vers.: *Memor esto verbi tui*.
112. Non est periculoso nocturnarum vigiliarum otio animus relaxandus, sed in orationibus et in psalmis occupandus est. *Ibid.*
113. Psallentium in ecclesia mens concordare debet cum voce. Super *Regul. D. August.*, cap. 3, in illud: *Psalmis et hymnis*.
114. Melius forsitan esset, si nihil dicerent, qui subtractis syllabis, aut dictionibus, oscitando psalmos decantant. *Lib. 2 de Claustro anime*, cap. 14.
115. Per psalmodiam compunctio effunditur, via in corde fit, per quam ad Jesum in fine pervenitur. *Ibid.*, cap. 23.
116. Si cautus, ut ab aliis laudem quæras, vocem tuam vendis, et facis eam non tuam, sed ementi suam. *Ibid.*
117. Quid prodest dulcedo vocis sine dulcedine cordis? *Ibid.*
118. Noli cantare cum Luciferis in celo, seu cum primo homine in paradiso: sed cantes in templo cum Christo, ejiciens vendentes et ementes ex eo: ejiciens vendentes datam gratiam, et ementes vanam gloriam. *Ibid.*
119. Religiosus sint intenti psalmis, non causis. *Ibid.*, cap. 23.
120. Cantus, seu psalmus pigros excitat, devotos incitat, concordiam retinet. *Lib. 4 de Propriet. rerum*, cap. 3.
121. Omnibus est horis eadem vox cordis et oris: Vox est grata chori, quando cor concinit ori. *Serm. 43 de Diversis*, tom. 2.
122. In psalmodia devotæ menti semper gratia infunditur cœlitus. *Lib. 1 Miscellan.*, codic. 2, tit. 130.
123. Immolantes hostiam laudis curemus omni vigilantia jungere intellectum versu, id est, vocali psalmodie, affectum sensui, exultationem affectui, gravitatem exultationi, humilitatem gravitati, libertatem humilitati. *Prose.*
124. Quæ psalmodia debet esse recta, ut intentio ad cœlestia dirigatur, et non ad terrena incurvetur. Super *Psalm.* xxxii.
125. Psalmus fugat demones, vocat angelos,

EUGO CARD.

- excitat devotionem, placat Deum, imperat veniam, hilarat animam, illuminat conscientiam. Super *Psalm.* xci.
126. Vox est apta chori, quando cor congruit ori. Super *Psalm.* cxvii.
127. Non vox, sed votum: non musica cordula, sed cor:
- Non clamor, sed amor clamat in aure Dei. Super *Isai.*, cap. xxxiii.
128. Non humana adventionio status a senioribus psalmodie modus affirmatur, sed cœlitus angeli magisterio patribus fuisse delatus. De *Canob. inst.*, lib. 2, de *Noct. orat.*, cap. 4.
129. Deus, in adiutorium meum intende, etc. Hujus versiculi oratio, in adversis ut erummur, in prosperis ut servemur, ne extollamur incessabili jugitate fundenda est. *Prose.*
130. Hujus versiculi meditatio in tuo pectore interrupta volvatur.
131. Hunc in opere quolibet, seu ministerio, vel in itinere constitutus decantare non desinas.
132. Hunc et dormiens, et reficiens, etc. in ultimis nature necessitatibus meditare, etc. *Vide ibi plura*, collat. 10, *abb. Isaac*, cap. 10.
133. Magnus comes est psalmus. *Hom. 22 ad S. JOANNES*  
*CHEYSBOST.*
134. Artifex mammalis es, sedens psalle: sed si non vis ore psallere, hoc facias mente. *Ibid.*
135. Psalmus imago est: in psalmo enim diverse videntur persone, peccator, penitens, misericordia, lacrymas, confessio. *Prose.*
136. Si in molestiam, ut aliquam animi perturbationem incidaris, plurimum psalmi ad te consolandum valebunt.
137. Si fueris in peccata prolapsus, multa in psalmis invenies ad medelam.
138. Si paupertate sis, vel pressuris gravatus, multos tibi ex psalmis ad tranquillitatem portus videbis offerri.
139. Si justus es, non mediocrem securitatem ex psalmis nancisceris: si crimini obnoxius, fiducia plurimum. *Homil. 4 super Psalm. l*.
140. Psalmus peccatum demone pejus omnino prosternit: incantemus ergo, anime peccatis obesse, ex beato David. *Serm. 28 super Epist. ad Rom.*
141. Psallat os, et imbuatur animus, non est autem vel hoc ipsum modici momenti: nam si linguam psallere docuerimus, psallente illa puffedet anima, contraria ab eo quod psallitur volens. *Ibid.*
142. Davidica carmina et de futuris disserunt, et de visibilibus et de invisibili creatione, ac de ipso cœlo. *Ibid.*
143. Vis lætari? vis diem consumere? psal-



lere discas, et videbis rei iuicunditatem. Serm. 19 super *Epist. ad Ephes.*

144. Implentur Spiritu sancto qui psallunt; quemadmodum spiritu immundo, qui satanicas cantiones modulantur. *Ibid.*

145. Qui non attendunt, temere psallunt; verba duntaxat proferentes, corde interea alibi oberante. *Ibid.*

146. Cogita quid psallas, intellige quid psalmi sibi velit. Homil. 4 super *Epist. ad Hebr.*

147. Arma juvenum, psalmodum cantus. *Gradu 4.*

148. Ea, quae canuntur, eloquia tunc, spectare; et dum expectas ut versuum proximus finiat, intentus ora. *Ibid.*, gradu 48.

149. Quemadmodum pulvis a vento dispergitur, sic adversarius noster diabolus, a voce psallentium cum humili devotione confusus et tartarus effugatur. Lib. 4, homil. 17, ad *Monachos.*

150. Nihil est sola voce canere, sine cordis intentione. Lib. 3 de *Sum. homo*, cap. 7, sent. 30.

151. Sicut orationibus regitur, ita psalmodium studiis delectatur. *Ibid.*, sent. 31.

152. Psallendi utilitas tristia corda consolatur, gratiores mentes facit, fastidiosos oblectat, inertes exsuscitat, peccatores ad lamenta invitatur. *Prosec.*

153. Nam quamvis dura sint carnalium corda, statim ut psalmi dulcedo insonuerit, ad effectum pietatis animum eorum inflectit. *Ibid.*

154. Psalmodium decantatio, perpetuam Dei laudem demonstrat in gloria futuram; cuius operis ministerium quicumque fideliter intentaque mente exequitur, quodammodo angelis sociatur. *Ibid.*, sent. 33.

155. Psalterium cum melodia cantilensuum suavitium ab Ecclesia idcirco frequentatur, quo facilius animi ad compunctionem fleantur. *Prosec.*

156. Primitiva autem Ecclesia ita psallebat, ut modico flexu vocis faceret psallentem resonare, ita ut pronuntiantium vicinior esset, quam canentium. Lib. 4 de *Offic. Eccles.*, cap. 5.

157. Propter carnales in Ecclesia, non propter spirituales consuetudo est instituta canendi: ut qui a verbis non compunguntur, suavitatem modulaminis moveantur. *Ibid.*

158. Hoc quisque meditatur corde, quod psallitur ore. In *Regula monachorum*, cap. 6.

159. Dei laudes canere et audire, iucundum est. Lib. 6 de *Divin. inst.*, cap. 21.

160. Qui psalmum exacte non intelligit, credit tamen aliquid sancti esse in eo quod cantat, omnino sine fructu non est: Deus enim psallentis cor magis, quam verba attendit. *Prosec.*

161. Plane qui benigna et religiosa mente precatur, etiam lingua sibi incognita psallat, eximiam utilitatem eximiumque meritum refert. Lib. 2 *Enchirid. parvolor.*, cap. 14.

162. Psalmus sit in ore tuo. Deus enim nominatus fugat demones. *Parvens. 41.*

163. Si psallentibus non adsit devotio, licet eundem psalmum milies repetant, non est hic psalmus iucunda deoraque laudatio. Epist. 86 ad *Alexand. cartus.*

164. Auribus oculi iudicis non tam strepitibus vocis, quam clamor insonat cordis. Lib. 6, epist. 9, ad *Gebizon. abbat.*

165. Bonum est in gloriam Dei psallere; non voce tantum, sed multo amplius modulatione rationabilis vite, quae nullo tempore omittenda est. Super *Psalm. cxvii*, vers. 4.

166. Nulla est canentium suavitas, nec est modulatio concinens, ubi est fides ac vita dissentiens. Super *Psalm. cxxli*, vers. 1.

167. Qui cum aecia psallit, indicat se parum amare eum, cui psallit. Super *Psalm. lxxx*.

168. Psallendum est corde, hoc est, cum attentione: corde non huc illic versante sese, et oberrante: qui enim animo observat quid psallat, ille corde psallit. Super *Epist. ad Ephes.*, cap. v, in illud: *In psalmis et hymnis.*

169. Opus angelorum est Deum semper laudare, opus religiosorum est intenta mente psallere. De *Discipl. claustr.*, cap. 8.

170. Multum verbis honoris accrescit, si dulcisonos organi cantus, nulla mentis amaritudo confundat. Homil. 5 de *Oris insolent.*

171. Implentur os nostrum caelestium exultatione psalmodum. *Ibid.*, homil. 10 de *Parasitis.*

## PUDICITIA.

*Etymologia.* Nomen pudicitiae a pudore sumitur, in quo verecundia significatur; 2, 2, quare, 151, art. 4.

*Definitio.* Pudicitia est continentia ab actibus, gestibus et signis venereis.

## SENTENTIAE PATRUM.

1. Bonum minus pudicitia, sed minoris merito, cum periculum adest: ubi vero etiam salutis periculo defenditur, ibi plenus coronatur. De *Joseph.*, cap. 5.

2. De pudicitia quis dubitaverit, quin ea sit in ipso animo constituta, quandoquidem virtus est? unde a violento stupratore eripi nec ipsa potest. Lib. 1 de *Lib. arb.*, cap. 5.

3. Ornet mores tuos pudicitia. Epist. 182 ad *Bonifac.*

4. Non dicatis vos habere animos pudicos, si habeatis oculos impudicos: quia impudicus oculus,

S. NILUS.

PETRUS BLESENS.

S. PETRUS DAMIANUS.

S. PROSPER.

ROBERTUS BELLAY.

THEOPHILACTUS.

THOMAS A KEMPIS.

S. VALER. EPISC.

S. THOMAS AQUINAS.

COLLECTOR.

S. AMBROS.

S. AUGUST.

lus, impudici cordis est nuntius. In regula 3 ad *Clericos.*

5. Bonum est pudicitia conjugalis, sed melius bonum est continentia vidualis. De *Bona viduit.*, cap. 5.

6. Pudicitia virtus est animi, comitemque habet fortitudinem. Lib. 1 de *Civitate Dei*, cap. 18.

7. Periniquum est, ut pudicitiam vir ab uxore exigit, quam ipse non exhibet. Lib. 2 de *Adulter. conjug.*, cap. 8.

8. Sicut nemo impudice utitur corpore, nisi spiritu prius concepta nequitia: ita nemo pudicitiam servat in corpore, nisi spiritu prius insita castitate. De *sancta virginit.*, cap. 8.

9. Pudicitia est res animi, virginitas corporis: denique illa integra in animo permanente, potest ista de corpore violenter auferri: et cum ista integra manet corpori, potest illa in animo lasciviae voluntate corrumpi. Lib. 4 contra *Julian.*, cap. 8.

10. Vera pudicitia, sive conjugalis, sive vidualis, sive virginialis dicenda non est, nisi quae vere fidei mancipatur. *Ibid.*

11. In impiis non reperitur pudicitia virginialis, quamvis invenitur virginitas carnis: quia vera pudicitia non potest habitare in animo fornicante. *Ibid.*

12. Pudicitia castitatem custodit, avaritiam refrenat, lites devitat, iram mitigat, libidinem occupat, cupiditatem temperat, lasciviam castigat, ebrietatem cavet, verba non multiplicat, gula concupiscentiam oppugnat, fraudem omnino damnat. De *duodecim abusion.*, cap. 5.

13. Pudica vita famam bonam inter homines possidet, et de spe future beatitudinis gaudet. *Ibid.*

14. Pudica vita bonis semper moribus delectatur et consentit, et assiduis meditationibus animam vegetat. *Ibid.*

15. Pudicitia est, alienas res non appetere, omnem immunditiam devitare, risum non excitare, verba vana et falsa non loqui, habitum per omnia ordinalium compositionemque convenientem corporis sicut decet habere, nulli contumeliam incedere, bonis non invidere, senes non irridere, cum indignis contubernia non inire. *Ibid.*

16. Pudicitia agmina est, appetitiones turpium cogitationum compescere, de semetipso nihil confidere, ante Dei oculos semetipsum continere, catholicis per omnia consentire, Deo soli adherere. *Ibid.*

17. Pudicitia est ornamentum nobilium, exaltatio humilium, nobilitas ignobilium, pulchritudo debilium, prosperitas laborantium, solemnitas mortuorum, augmentum omnis pulchritudinis,

deus religionis defensor criminum, multiplicatio meritorum, creatoris omnium Dei amica. *Ibid.*

18. Nulla est pudicitia corporis, nisi ab integritate animi pendeat; quae dirupta, eadem necesse est, etiam intacta videatur. De *Mendac.*, cap. 7.

19. Ibi servari potest pudicitia, ubi nulla nisi voluntaria potest esse corruptio. *Ibid.*

20. Aliena libidine pudicitia non potest violari. *Ibid.*

21. Pudicitiam corporis non consentiente ac permittente anima, nemo violat. *Ibid.*, cap. 19.

22. Intantum pudicitia Deo est placita ut etiam his qui in errore sunt positi, nonnulli gratiae in presenti conferat vita. Lib. 7 *Recognit.*

23. Pudicitia non in sola carnis integritate consistit, sed etiam in cultus et ornatus honore pariter ac pudore. De *Discipl. et habitu virgin.*, cap. 3.

24. Pudicitia est honor corporum, ornamentum morum, sanctitas sexuum, vinculum pudoris, fons castitatis, pax domus, concordiae caput. De *Nono pudicit.*, cap. 2.

25. Pudicitia sollicita non est cui placeat, nisi sibi. *Ibid.*

26. Pudicitia verecundia semper est, dum innocentia mater est. *Ibid.*

27. Pudicitia semper ornatur solo pudore, nihil ornamentorum quaeque, decus sum ipsa est. *Ibid.*

28. Pudicitia locum primum in virginibus tenet, secundum in continentibus, tertium in matronis. *Ibid.*

29. Nihil tam seivum, tam durum, tam triste, quam cecidisse de alto pudicitiae gradu. *Ibid.*, cap. 4.

30. Vera matronarum ornamenta pudicitia est, non vestes. Super 1 *Epist. Petri*, cap. iii, art. 6.

31. Pudicitia sine circumscriptione gula tuta custodiri non potest. Tract. de *Maclab.*

32. Bona est pudicitia, si otiosa non est, non affectata, non ficta. Serm. 35 super *Can. D. Bernard.*

33. Nisi primum pudicitia sedeat in mente, nulla perfectio sequetur in opere. Super *Epist. Jacob.*, cap. iii.

34. Omnis pudicitia decori virginico comparari non potest. Lib. 6 in 1 *Regum*, cap. 1 super illud *Psalm. 44: Astuta Regina in vestitu deaurato.*

35. Habet et pudicitia servata martyrium suum. Epist. 8 ad *Demetriadem.*

36. Tenere res in feminis fama pudicitiae est, et quasi flos pulcherrimus cito ad levem marcescit auram, leveque flatu corrumpitur. Epist. 9 ad *Salvinam.*

S. CLEMENS PAPA.

S. CYPRIAN.

DIONYSIUS CARTHUS.

S. GAUDENT.

S. GILLES ANGLUS.

GLOSS. ORD.

S. GREGORIUS MAGNUS.

S. HIERON.

S. JOAN. CLIM.

JOAN. TRITH.

S. ISID. HISP.

LACT. FIRM.

LUDOVICUS BLOSUS.